


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

1,-151.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 8°

1 1 01 0 8 02316 6

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

JOHANNIS LUDOVICI
HANNEMANN,

M.D. & in CHRISTIAN-ALBERTINA Profeſſoris Publici Ordinarii, CÆSAREO-LEOPOLDINÆ Societatis Collegæ, Dicti Neſtoris IIdi,

ZACHARIAS
PONTIFEX,

i. e.

COMMENTARIUS

De

APPELLATIONE
AD VALLEM JOSAPHAT.

HAMBURGI,
apud GOTTFRIED Liebezeit.
M DC XCVI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Sapientiæ Cap. VI.

Nec enim perſonam reformidabit Dominus omnium, nec magnitudinem reverebitur: quippe qui idem & parvos fecerit & magnos, & omnium æque curam agat.

Epiſt. Pauli ad Roman. Cap. II.

Nullum eſt enim apud Deum perſonarum diſcrimen: nam quicunque ſine lege peccaverint, ſine lege etiam peribunt: item quicunque cum lege peccaverint, per legem damnabuntur. Non enim legis auditores erunt apud Deum inſontes, ſed legis executores erunt inſontes.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

SERENISSIMO. PRINCIPI.
AC. DOMINO.

DOMINO.

FRIDERICO.

HÆREDI. NORWAGIÆ. DUCI. SLESWICI. HOLSATIÆ. STORMARIÆ. ET. DITMARSIÆ.
COMITI. IN. OLDENBURG.
ET. DELMENHORST.
ETC. ETC.

PATRI. PATRIÆ. OPTIMO.
MAXIMO.

SALUTIS. CIMBRIÆ. TOTIUS.
PRÆSIDIO. FELICISSIMO.

MUSARUM. DECORI. DULCISSIMO. GLORIOSISSIMO.

PRINCIPI. AC. DOMINO.
CLEMENTISSIMO.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Hoc. Obſequii. Sui. Pignus. Ac.
Monumentum,
ſimulque.
Pro.
Reipublicæ. Stabili. Ac. Perpetua.
Felicitate.
Quam. Æquitas. Et. Prudentia.
Confirment.
Pax. Immota. Omnium. Bonorum.
Incrementis.
Adverſus. Omnes. Fortunæ.
Temporumque. Injurias.
Augeat. Muniat. Coronet.
Vt. Tanti. Principis. Divinas. Virtutes.
Incredibilem. Liberalitatem. Summam.
Sapientiam. Maximam.
Clementiam.
Omnium. Seculorum. Memoria.
Gratisſima. Conſervet.
Sera. Poſteritas. Laudibus. Digniſſimis.
Veneretur.
Æternitas. Ipſa. Admiretur.
Vota. Precesque.

Ea, Qua. Convenit. Animi.
Submisſione.

Humillimè. Dicat. Conſecratq;

AUTOR.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

DEDICATIO.

ACADEMIA noſtra, quæ Invictisſimi Imperatoris LEOPOLDI nomine, cui & hoc Symbolum Propheticum non nemo dedit: *Falx perpetua Lunæ*, hacque in re inter alia Auguſtus eſt! ſuperbit; hoc ſibi Symbolum aſſumſit: *Nunquam otioſus.* QVum itaque iſtius Auguſti Collegii jam quindecim annos Collega fuerim, id operam etiam dedi, ut obſervationes aliquot, quæ, ni fallor, Centuriam integram complebunt, cum ea communicaverim. Etſi ejusdem membrum audire mihi non conceſſum eſſet, tunc tamen piæ memoriæ Sereniſſimus Dn. Parens Tuus illud ipſum officium jam ante viginti annos in ſua, nunc Tua, Serereniſſime Princeps & Clementiſſime Domine! Pater Patriæ! Academia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

mihi demandavit, quod jubet, ſumma ope nitamur, ne vitam ſilentio turpiq; otio tranſigamus. Tempus, quo ab eo vacare licet, quodque paucis horis ſubciſivis abſolvitur, vel praxi, qua ægrorum ſaluti conſulo; vel & aliquid in Philoſophia aut Medicina meditando conſumo. Sicque fit, ut interdum hic vel ille tractatus ex iſtis naſcatur meditationibus. Sicq; ante annum Reverendiſſimo Sereniſſimo Principi Patri Tuo, cujus anima nunc in Sinu Abrahæ triumphat! humillima & devotiſſima mente, qua tantum Regibus Atavis editum Principem venerari addecet, dedicavi & inſcripſi *Opus meum de auro*.

Nunc rurſum, Dei annuente benignitate! otii mei partem impendi in conſcribendo hoc qualicunq; opuſculo de Provocatione à foro Soli ad forum Poli, quam provocationem appellationem ad Vallem Joſaphat appellare ſolent. Vallis Joſaphat mentio fit apud Prophetam Joëlem c. III. ubi hæc leguntur verba v. 2. *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Joſaphat.* Quando hic Interpretes & Commentatores conſuli-

mus,

mus; tunc quidam vocabulum hoc Ebraicum יהושפט diverſimode explicant, vel quod Propheta hic reſpiciat ad Regem ipſum Joſaphat, qui hanc vallem vel ædificio aliquo in ea ædificato, vel ſepulchro in ea ſito nobilitavit. Verum neutrum poſſe habere locum docet nos II. Paralip. c. XXI. v. 1. quo dicitur, quod Joſaphat ſepultus ſit in civitate David; de ædificio in ea erecto quoque in Scriptura altum ſilentium eſt. Aliqui contendunt Prophetam intendere digitum in iſtam memorabilem hiſtoriam, quam iſti Deus in illa conceſſit valle, qua ſuos fudit hoſtes II. Paralip. c. XX. Sunt denique, qui in ea volunt in extremum judicium, quo omnes homines judicabuntur vel in bonum vel in malum, à Chriſto celebratum iri, quando reverſurus ad judicandum vivos & mortuos. An autem hunc locum ita quoque accipiat Propheta Joel non definiemus. Sunt, qui hiſce rationibus moti negant; (1.) *dicunt*, quod hic locus nimis auguſtus ſit, & tot gentium Myriades capere non poſſit. (2) *opponunt* Matth. c. XXV. v. 31. 1. Theſſal. c. IV. v. 17. Quod judicium

hoc futurum ſit in nubibus. Quod ad primam inſtantiam attinet, ℞. Locus ille non nimis anguſtus eſt, ſpatium enim trium vel quatuor milliarium ingentem multitudinem capit, illudq; judicium cito abſolvetur, *qui enim adhuc vivent & reliqui erunt, ſimul cum illis rapientur in nubibus in occurſum Domini in aëra, 1. Theſſal. c. IV. v. 17.* Sicque hic locus duntaxat capiet mortuos, utut nunc horum numerus major ſit numero viventium, tamen capere poterit iſtam hominum judicandorum frequentiam. Fuit enim ingens iſtius vallis tractus verſus Orientem Meridionalem inter Jeruſalem & Tecoam in longum extenſus-quanquam ille locus, in quo Joſaphat ſuos interfecit hoſtes, remotior ſit, tamen vallis iſta ſe protendebat ad radices montis oliveti, ſicq; hoc vallis ſpatium omnium omnino hominum, qui ſeſe judicio extremo ſiſtent capax eſt. Quod attinet ad locum Matthæi c. XXV. v. 31. Tunc ille ita habet; Cum autem venerit filius hominis in gloria ſua, & omnes Sancti Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem gloriæ ſuæ. Chriſtus ſedere poteſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

poteſt in alto, & tamen judicare in valle ſtantes hominum Myriades, ut itaque omnes eum judicium & definitivam ſententiam promulgantem audire queant. Sicque & hic locus huic piæ meditationi non contrarius eſt; Sicque judicium active reſpectu Chriſti judicantis fiet in alto; reſpectu autem hominum judicandorum fiet in terra, ſive nunc in valle Joſaphat, vel alibi, dici non poteſt. Non itaque impia vel abſurda eſt illa ſententia, qua ſtatuitur in valle Joſaphat extremum judicium futurum eſſe. Nec male noſtro arbitratu quidam hoc vocabulum Ebraicum יהושפט *appellative* interpretantur de loco judicii, ſicque vallis Joſaphat non de certo loco determinato accipienda eſt, ſed ubicunque Deus aliquando judicaturus eſt. Quod autem Propheta peculiarem locum judicii hic intelligat; & non definitè vel propriè vallem Joſaphat velit, evincunt verba Prophetæ ſubſequentia, quæ ita habent; *& diſceptabo cum illis ibidem propter populum meum &c.* Quæ Dominum judicantem depingunt. Neutra itaque ſententia analogiæ fidei contraria vel & multo

 minus

minus abſurda eſt. Nobis enim ex Scripturæ Sacræ dictamine perſuaſiſſimum eſt, quod quemadmodum omnium celebriorum actuum à Chriſto editorum in Veteri Teſtamento typi præmisſi fuerunt, qui iſtos præfigurarunt; Sic & hujus Extremi judicii typus aliquis in celebri aliquo loco editus eſt, qui hujus judicii formam, & modum proceſſus præfiguravit. Autoritate itaque Prophetæ moti locum Dei judicii Vallem Joſaphat dicimus. Et ad hanc vallem Joſaphat dicuntur appellare, qui ab injuſto Judice ad juſtum appellant.

Cuinam igitur hunc præſentem laborem offerrem, non diu deliberandum mihi fuit. Poſtquam enim TE DEUS! Serenisſime Princeps & Domine Clementisſime! in Solium Patris promovit; nulli alias quam Tuæ Reverendisſimæ Serenitati, à qua omnia in me meosq; bona, omnemque ſalutem poſt Deum unice proficiſci non ſolum, ſed & conſervari continuoque augeri mihi plus quam perſpectum eſt, debeatur. Si enim reſpicio TE, Magne Princeps! Tunc utique meritò nonnemo Tuæ Serenitati

hoc

hoc propheticum tribuit Symbolum: *Atavorum Gloria!* in Te enim etiam reviviſcent & vireſcent Regii antiquiſſimi Stemmatis, quo felicem ortum ducis! Gloria & maximum Decus! Nomine quoque, quod non rarò omen eſſe Solet! FRIDERICI, quod Salomoni æquipollet, id eſt pace abundans! fato & voto à Sereniſſimo p. m. Parente inſignitus es. Sique ad aulam Tuam mentem adverto, in qua ut Sol inter reliquas ſtellas eluces, videtur illa ejuſmodi Viris inſtructa, quorum meditationes diurnæ nocturnæque ſolum huc reſpiciunt & tendunt, juſtitiæ largæ hecatombæ immolentur, Tuaque! Serenisſime Princeps & Clementisſime Domine! Salus & autoritas promoveatur, quibusque nihil magis cordi & curæ eſt, quam ut Subditi ſub Tuæ Serenitatis Clementisſimæ clypeo floreant vigeantque! Quibus quoque Muſarum Salute, quarum magni ſunt Atlantes, quasque omnium Rerumpublicarum, Imperiorum & Regnorum una cum juſtitia & pietate fulcra eſſe cognoſcunt, nihil prius eſt vel antiquius. Adeo ut qualibus

Viris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Viris Tu Princeps ipſe aulam Tuam inſtructam habes, id genus moribus talium Virorum ingeniis & indoli conformibus Te ipſum Subditis Tuis colendum & imitandum ſiſtas, & ſic hoc quoque nomine magnus Princeps audias. Quare inter ea beneficia, quibus Patriam noſtram DEUS T.O. M. mactat non poſtremum eſt, quod Te, Sereniſſime Princeps, Clementiſſime Domine! nobis dederit, talibusque inſtruxerit animi doribus, ut nullos circa Te nec in Tuo Sanctiori Senatu patiaris Viros, quam quos ad omnes emergentes caſus illa prudentia, conſilio, & auxilio ad averruncanda mala, & promovenda maxima emolumenta Patriæ donatos experiaris; quorumque pectora iſta fortitudine munita ſunt, ne unquam ſub nube atra frangantur; ejuſmodi etiam gaudeant juſtitia, qua ſint Aſylum, ad quod confugiant injuriis preſſi. O Beatum itaque Tuum Regimen, quod ut ab innumeris Atavis Regibus in TE, benedicente Deo! derivatum, ſicque & per TE ad poſteros nunquam non perennet.

Quod itaque ſupereſt, ego omnium Tuorum Subditorum humillimus ſervus ſupplex ad Tuæ Clementiæ ſolium genibus adrepo, hocque Scriptum animo humillimo offero! Suſcipe ea Clementia, qua, exemplo Patris Tui p. m. Glorioſiſſimi omnia quæ à Subditis tuis amoris & obſequii monumenta proficiſcantur, ſuſcipere ſoles, complectere benigniſſimè, inque me meosque clementiſſimi reſpectus tui radios non dirige tantum, ſed & directos conſtanter fove.

Ego claudam voto, quo olim miniſtri Davidi gtatulati ſunt, cum ejus Filius Salomon regnum capeſſeret 1. Reg. cap. I. *Decoret DEUS Tuus nomen Salomonis, & auguſtius reddat Solium ejus, quam fuerit Solium Sereniſſimi Tui Parentis Magni Principis:* Hicque Jehova clypeus & valde magna Tua merces ſit! Hic faxit Regimen Tuum ſit tranquillum, pacificum, illudque ſua largiſſima benedictione ita ſuffulciat, ut omnigenæ Proſperitatis cornucopiæ obrutus Neſtoris

annis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

annis major Nepotum & ab Nepotum copia gaudeas, tandemque vitæ dierumque ſatur, ſed ſero tamen, ad Cœleſtem Patriam promovearis! Quod votum meum calidiſſimo animo fuſum DEUS T.O.M. confirmare ac implere dignetur, aſſiduus noctes diesque inſtabo precibus!

TUÆ SERENITATIS

Scripſi Kiliæ An. 1695.
die 12. Jan.

Devotiſſimus & humillimus
ſervus

J. L. HANNEMANN, D. Phyſices Profeſſor Ordinarius, LEOPOLDINÆ Societatis Collega, dictus Neſtor II.

PROLOGUS.

Rurſum, amice Lector! mea cymba ſolvit portu, elegi autem quoddam, quod quidem ſori phyſici & Medici non eſt, argumentum; verum potius ad Theoſophiæ Themidosque Profeſſores ſpectat. Quippe Scripturæ codicem cuilibet ſcrutari, dummodo illud ſalva fidei analogia fiat, eſſe permiſſum, mihi indubitato perſuadeo. Quod ad legum Syſtema civilium attinet, nec illud Juris Studioſis duntaxat eo fine ſcriptum, ut omnibus aliis ad id legendum vel ſcrutandum copia vel aditus denegetur. Scripturam enim ſcire & intelligere omnium maxime intereſt; Nec minus decet Civem vel & Eruditum Virum, cui illa vivendi ſors, illuſtri loco vivat, in quo legum obſervantia quædam Sanctior viget & floret, contigit; illas ignorare; quas vel natura dictitat, vel Sacrorum eloquiorum Spiritus Sancti Syſtema ſanxit; Vel & Legiſlator, quas Politicas

vocant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

vocant, tulit & promulgavit. Recte, noſtro arbitratu, olim Magni nominis Politicus Beſoldus dixit: Nusquam eſt, qui non ubique eſt. Abſit tamen, falce noſtra in alienam turpiter irruamus meſſem, nobisque id, quod ad alios pertinet, tanquam proprium vendicemus: vel & me illorum gloriæ hoc Scripto æmulum profitear. Sed ea eſt Studii Theologici ſublimitas, Juris præſtantia, jucunditas, amœnitas, tanta delectatio atque ſuavitas, ut iſtis ſuis illecebris homines interdum ſcientiam aucupandi deſiderio flagrantes, à ſuæ Profeſſionis cancellis avocet, totosq́ individuo quodam Sanctitatis, amoris & obſervantiæ nexu ſibi conſtringat atq́ connectat. Multo minus quæſtus cauſa tractamus, exploratores, non transfugæ, ſumus. Meditatio autem hæc noſtra, quam ex Theologiæ & Jurisprudentiæ fonte fluere & promanare conſtat, quam & nunc tecum, Lector Benevole, communicamus, Zacharias Pontifex inſcribitur: Nomen iſtud huic daremus libro, ultima Zachariæ Pontificis Filii Jojadæ fecerunt verba notatu & memoratu digna, ait, Videat Dominus & requirat. Ne Lectori Amico hæc hiſtoria ſit ignota, paulo fuſius repetam, exq́ ſuo fonte in Lectoris animum influere ut nectar, (ut ſunt cuncta Spiritus Sancti effata) faciam.

faciam. II. Paralip. c. XXIV. v. 22. Rex Joas beneficio Jojadæ, qui erat Pater iſtius Zachariæ, provenerat ad regnum, quod impia ejus mater Athalia c. XXIII. quæ interficitur, ſibi vindicaverat. Superſtite Jojada pie & honeſte regnavit, eo mortuo, omnibus vitiis immerſus à ſuis occiditur ſervis. Contra iſtam Regis impietatem hic Zacharias filius Jojadæ Zelo quodam ad legem Dei vindicandam accenſus concionatur: Sacer textus a. l. v. 20. 21. 22. ita deſcribit: Spiritus itaque Dei induit Zachariam, filium Jojadæ, Sacerdotem, & ſtetit in conſpectu populi & dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus: Quare transgredimini Præceptum Domini, quod vobis non proderit: & dereliquiſtis Dominum, ut derelinqueret vos! Qui congregati, cum conjuraſſent adverſus eum, miſerunt lapides juxta Regis Imperium in atrio domus Domini. Et non recordatus Joas Rex miſericordiæ, quam fecerat Jojada pater illius ſecum, ſed interfecit filium ejus: Qui cum moreretur, ait, videat Dominus & requirat. Hæc hiſtoria juxta Chronologiam Alſtedii An. Mundi 3063. contigit, quidam anonymus ſcriptor Gallus 4995. A. M. anno ætatis Joæ XL. Hunc Zachariam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

V.T. Zelotis accenſemus. Phineas & Zacharias ſunt duo V.Teſt. Zelotæ. Chriſtus Mundi Redemptor Legumque vindex autorq; Evangelii maximus novo in fœdere Zelota Joh. II. v. 14. 15. 16. 17. De Jure Zelotarum diſſertationem quandam elegantem Guilhelmus Seldenus conſcripſit, quæ primo ſeorſim edita, poſtea ejus diſſertationibus in otiis Theologicis aliis commixta prodiit, & frequenter doctorum manu volvitur & revolvitur. Verum hæc tractatio ad noſtrum non reſpicit ſcopum. Verba Zachariæ ultima huic noſtro tractatui, ut dictum, dederunt nomen. Verba, quæ moribundi in ultimo vitæ articulo fundunt, quibusque ſuæ vitæ curriculum obſignant, nullo non tempore magni veniunt æſtimanda. Sunt autem illa varii argumenti: vel ſunt vaticinantia: ſicq; Jacob Geneſ. cap. XLIV. v. 1. annuntiem, quæ ventura ſunt vobis in diebus noviſſimis: Iſto quoq; tempore divino afflatus Spiritu protulit dictum illud de adventu Meſſiæ claſſicum. Longa exemplorum ſerie ex profanæ hiſtoriæ monumentis petita poſſem facile dare comprobatum, quomodo quidam pii Theologi, Juriſperiti, Medici, aliiq; in ultima vitæ ac reſpirationis periodo talia prophetantia de re-

bus

bus multis, quæ & ita, ut fuerunt prædictæ, evenerunt, fuderint verba. Non prætereunda hiſtoria, quæ contigit in hac noſtra Cherſoneſo Cimbrica in pago quodam Kruſendorff dicto, paſtor quidam, qui & primus iſtius loci doctrinæ noſtræ Auguſtanæ Confeſſionis præco fuit, prædixit multa, quæ hac noſtra ætate accidunt. Inter alia, quodcum primis memorabile; dixit hoc ſignum ſuæ doctrinæ, quam publice eos pro ſuggeſtu docuerat, veritatem acciperent, ſc. poſt mortem ſuam ex ſuo ſepulchro naſcituram eſſe arborem; quod & accidit (habuit autem ſuum ſepulchrum ante altare in æde ſacra,) arbor illa iſtic multos viguit annos, & ne læderetur, munierunt ac circumdederunt ligno; verum multi homines ex longe diſſitis locis iſtam arborem videndi gratia confluxerunt, ramosq; tam frequenter decerpſerunt, ut tandem extincta ſit; quam hiſtoriam hic inſero (ne tale rariſſimi commatis exemplum æternæ oblivionis pelago immerſum maneret) ex ore iſtius loci jam adhuc viventis Reverendi Dn. Paſtoris Leick, viri de ſua Eccleſia multos annos optime meriti. Vel (2) Moribundi ultimis ſuis verbis declarant, quidnā eſt corporis ſui analyſin vel ratione

 corpo-

corporis, vel ratione hæredum, aut alias fieri velint. Sicq; Joſeph c. XL. v. 25. Cumque adjuraſſet eos filios Iſraelis, atque dixiſſet: Deus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto. Sic & David, cum eum ad locum, quo res omnes ortæ tendunt, iter arriperet, plenus annis ac laudibus, Salomoni Filio ſuo multa, quæ partim legum Dei obſervantiam, partim Regni negotia, partim perſonam ſuam reſpicerent; quæque impiis in juſtitiæ vindictam, ut Abn r & Simei transgreſſoribus &c. II. c. II. fieri vellet, præcepit & mandavit. De quibus ultimis Davidis præceptis & legibus prolixus commentarius Theologico-Politicus, ſi tempus & negotia annuerent, & non aliis conſcribendis implicitus eſſem operibus, conſcribi poſſet. Sic & Tobias mortis falcis ictum ſentiens ultimo moribundus de Populi Israelitici futuro ſtatu vaticinabatur, ſuoque filio cap. XIV. ſaluberrima vitæ dabat monita. Incidi hiſce diebus in quandam Epiſtolam Gaſſendi (Epiſtolarum enim Scriptoribus perlegendis me totum, ut ex iis meæ Polymathiæ Catholicæ Syſtema vel theatrum concinnem, nunc mancipavi, animumque meum appuli) ad Ludovicum Decarmium Bereculium,

p. 161.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

p. 161. in cujus contextu Regis Chriſtianiſſimi Ludovici XIII. extrema commemorat verba, quibus locum hic dare apprime & operæ pretium eſſe reor: ſiquidem verba illa aurea, quæ cedro digna Rex eſt loquutus, vel potius ut cygnus moriens cecinit, ita recurſant animo, ut nihil eſſe poſſit illorum, & veſtra cauſa potiſſimum commemoratione jucundius. Menſis pene fuit integer, quo mortem præ foribus eſſe, renunciantibus Medicis Sacerdotibusq; in confeſſo habuit. Tantum vero abeſt, ut illum interea dulcis vitæ amor tenuerit, quin potius moram longiorem trahens repetiit illud identidem: Tædet animam meam vitæ meæ. Et cum deductus aliquoties ad extremum anhelitum, veluti reviviſceret; per mirum, inquit, poſſe reos pronunciato ſibi capitali judicio vix paucis horis ſupereſſe; me mortis inſtantis redditum certiorem, tot diebus ſuper vivere! an ne putas tamen dixiſſe id illud, præ mero vitæ faſtidio; Ecce imitatus Apoſtolum eſt; dum diſſolvi cupiit, & eſſe cum Chriſto. Nempe, cum primum fuit de vita brevi finienda admonitus, uſurpavit illud ex Pſalte; Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Cum treis exinde hebdo-

madas in ancipiti fuerit, interpellavit Medicum, ne ſe celaret extremam horam, cum illam haberet indubiam, Medico proinde unicam duntaxat ſupereſſe horam monente: Bene eſt, inquit, ipſam igitur non ſine fructu tranſigamus. Cum vero jam quinta immineret, ipſa Menſis decima quarta, & Dominicæ aſcenſioni ſacra: Nihil grave, inquit, hac die mori; qua aſcendit Chriſtus in cœlum; qua corporis ſui myſterium inſtituit, & qua anniverſaria regnum hoc terreſtre cum illo Chriſti commutandum monſtrat. Accipiens ſub id temporis, aſſenſiſſe demum Hiſpanum, ut proximo Julio convenientes Münſterum legati de pace ineunda ſerio agerent. O Me, inquit, fœlicem, qui beandum brevi meum populum futura pace provideo! O ſi mihi tantum ſuppeteret vitæ, quam eò totis viribus, ardenterque incumberem! nunc quia me Deus ad ſe vocat; illum ſaltem coram orare, quousque exorem, pacemq́ obtineam nunquam deſinam. Idem & ſæpius alias repetiit, teſtatus, ſi optare ſibi diuturniorem vitam liceret, eo fine ſolum optaturum; ut & Regno ſuo pacem quæreret, & ſibi divinam clementiam pœnitudine conciliaret. Sic & omneis ſeſe adeunteis, ſalutanteisque reſalutavit;

& ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

& bona ſemper verba, aut conſolatoria aut admonitoria adjunxit. Teſtantibus luctum Forcæo & Caſtalianæo Mareſcallis; ne mihi, inquit, condolete, qui ſum in procinctu, ut ad Deum pergam, ſed vobis potius, qui præter rectam ſalutis viam inceditis. Parenti meo à tertiana convaleſcenti maciem oſtendit, & vide, inquit, ut hominem conditio Regia non eximat à conditione mortalitatis. Eadem Liencario demonſtrata familiare illud ſubjecit, memento homo, quia cinis es, & in cinerem reverteris. Chirurgo quoq; cubiculario, Bontano ſc. veſtrati, eo ipſo die, quo obiit; congruum jam profecto, ut repetam terram, qui jam præter terram olere nihil videor. Addamne illa, quæ ad eundem aliquoties dixit aut etiam repetiit? Si obſervaris, inquit, me in delirium incidere, tuæ eſto curæ, ut mundus, compoſitusq; ſemper inveniar, & ſtatim, atque obiero, memento abluere cadaver. Exſecato me quidem, inquit, ſed jam penitus frigidum, triduoq; etiam exſpectato. Econtra triſtia ſunt illa extrema dicta ipſius Johannis Baptiſtæ Bartoli, hic ſed, utut res ſe haberet, illud eſt certum magnam liberis pecuniam teſtamento reliquiſſe, ab eoque lethali

morbo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

morbo correpto, jam profectionem ad orcum adornante, intermortuas has voces fuiſſe exceptas, ſe in æternas inferorum ſedes, perpetuis excruciandum ignibus, dari, quod minus ad rem attentus, quo contra jus fasque magnas liberis divitias relinqueret, teſte Jano Nicio Erythræo P. 2. Pinacothecæ §. XXII. p. 76. Vel (3) Veniam pro ſuis inimicis implorant, quo reſpexit Chriſtus in ultimis ſuis verbis, quæ ad ſeptenarium numerum noſtri Theologi referunt, ac de iis commentantur; Iſtius ſenſus & argumenti quoque erant verba Stephani ultima Act. VII. v. 60. Domine ne ſtatuas illis peccatum hoc. &c. (4) Vindictam implorantia, id genus erant noſtri Zachariæ verba, videat Dominus & requirat. Vide pluribus hac de re diſſerentem Clariſſ. Dn. M. Johannem Sartorium in ſua diſſert. de Agoniſticis fidelium verbis. Ego inter deſiderata Theologiæ pono obſervationem & annotationem verborum agoniſticorum, quibus ſæpius magnum pondus & momentum ineſt. Hæc Zachariæ verba noſtri meletematis vel conſiderationis argumentum ſunt, & videntur iſtam ad Tribunal Jeſu Chriſti appellationem, de qua nunc commentamur, confirmare & aſſerere.

Ali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Aliquot autem, quæ in ipſo opere prætermiſimus problemata hoc in præfamine conſiderare allubeſcit. 1.) An ille, qui provocat ad Supremi numinis Tribunal, hoc ipſo facto autoritatem Magiſtratus, quam reverenter habere & illæſam ſervare, ſanctéq; colere decet, proculcet & contemnat? Quod ad hoc quæſitum attinet. Reſp. Quod illa provocatio jure divino, eo modo, quo eam factam eſſe exempla declarant, non permiſſa vel licita ſit, jam ſatis in hoc ſcripto comprobavimus. Si autem nihilominus ab aliquo fiat, (poteſt enim injuriarum atrocium illarum tam in cauſa civili quam criminali tanta copia (in hac potiſſimum, ut in qua eam nonnulli credunt licitam, de qua poſthac) innocentem iſtuc adigere, & palam & publice juſto animi dolore impulſus in hæc Zachariæ, videat Dominus & requirat! verba erumpat) Non propterea dici vel argui poteſt contemptus contra vel in magiſtratum: Diſtinguendum (1.) inter Magiſtratum abſtracte & in ſe conſideratum; & inter perſonam Magiſtratum gerentem concrete conſideratam: illa provocatio non officium Magiſtratus Sanctiſſimum ferit vel tangit; ſed perſonam injuſtam officio Magiſtratus fun-

gentem, quæ vel donis corrupta, vel quodam odio erga reum flagrat privato; ut ille ſenex contra Campanellam, referente Erythræo p 42. 43. Part. I. Pinacothecæ; vel actor ipſi Judici vel nexu conſanguinitatis vel affinitatis junctus eſt, & reus eſt plebeæ ſortis, ſicq; his rebus perſonæ Judicis oculi ita faſcinati ſunt, ut non juſtum videant. Quod ſi tunc reus palam publiceq;, eoque modo, quo Zacharias Deum imploravit vindicem, implorat Zachariæ recitans verba, eo ipſo Magiſtratus non contemnitur officium, ſed manet illud ſartum & tectum. Si autem verba judicii autoritas prohibeat, ſuſpiria tamen ſemper manent libera, eaque altius aſcendunt, penetrant, tantoq; gravius iniqvum prement Judicem. Nullibi habemus hac de re in Scripturæ codice interdictum, quo, ne ad Deum verbis, ſuſpiriis & lacrymis confugiamus prohibemur. Fingimus caſum non verum, ſed vero haud abſimilem: Quid faciendum reo, cui lis eſt uno eodemque tempore cum Theologis, qui maximæ ſunt apud judicem autoritatis; quorum verba nonniſi oracula. Cum Juris-Conſultis, qui Juſtitiæ myſtæ: &c. quorum relationi quam unius rei exceptioni & excuſationi, ut ut veriſſima, plus creditur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ditur, junctis ſimul iis, qui quotidie apud Superiores reum denigrandi accuſandique occaſionem habent, & tum ſtatim contra reum antequam ſua defenſionalia proferendi facultas vel copia concedatur; ab executione proceſſus faciunt initium, ac inſuper viam ſuam deferendi querelam ad Magiſtratum præcludunt. Meo arbitratu recte verbis, ſuſpiriis & lacrymis DEUM iſtius iniquitatis, præprimis quæ tam publica eſt, ut famæ bonæ rei præjudicet, iſtaque injuria in omnium incurrat notitiam, vindicem implorat. (2) *Magiſtratus vel rectius perſona officio tam injuſte & impie fungens, eo ipſo male & inique judicando ſeſe privat coram Deo officio ſuo, ſeque in judicio Dei reum facit. Quando ergo talem perſonam, vel talem præmemoratum hominum cœtum ad Dei juſtiſſimi Judicis tribunal cito, non cito tanquam Magiſtratum vel amplius meum Judicem, ſed jam reum meum factum.* (3) *Poſcit Supremi Magiſtratus officium, ſi contra ipſum hæc appellatio fuerit facta, & hæc verba à quodam reo audierit facta; accuratiſſime inquirere quid veri vel falſi ſubſit, an juſte vel injuſte fuerint prolata; ſi juſte det id operam reus in integrum reſtituatur,*

famæ

famæ ejus hoc modo læſæ rurſum conſulatur. Poteſt enim ſuperior Magiſtratus ab iis ſeduci, quorum autoritati, juramento nimium credidit; cumprimis ſi Theologi & Juris Conſulti unum idemq́ conſtanter licet falſum ſit aſſerant. Si injuſte graviſſime animadvertat in illum, qui tam temere hæc verba protulit: Ex hac temeraria appellatione contemptus contra Magiſtratum oritur, qui meretur graviſſimam pœnam. Sicque hactenus poſuimus caſum fictum, in theſi autem forſan dabilem, non dico ipſo actu demonſtrabilem. Cæterum hæc provocatio in atrocium injuriarum paſſione, quarum juſtus Judex in foro ſoli non comparet, ceu illæ ſint civilis, ceu criminalis fori, judicis iſtius iniquitatem omnibus merito propalat. Aſt tamen caute & cate, ne moderamen inculpatæ tutelæ transſcendat; imputet ſibi, quod ſuo iniquo judicio talem promeritus ſit contemptum. Si juſtus fuiſſet Judex, etiam contemptus expers manſiſſet. Tutior autem via videtur nobis, tacere Mundo, & verbis, precibus, ſuſpiriis & lachrymis loqui Deo. Hæc ſatis ſuo tempore injuſtos Judices urent & torquebunt væ illi, qui talium vim contra ſe experitur, aut hæc arma ſpiritualia contra

ſe

ſe laceſſivit. Quod autem à quibusdam magis decorum & honeſtum, quam legis Divinæ religionisq́ Chriſtianæ autoritas attendatur, hinc multa, quæ animos exacerbant, eveniunt; Deum crebro ſuis appellent ſuſpiriis, unde non contemptus datus ſed acceptus. Decorum & honeſtum bonum, & quatenus illud legibus Divinis & civilibus analogum amplectendum. Tractatum de uſu & abuſu decori inter deſiderata rei literariæ pono; locus Ariſtotelis 5. Politic. II. p. 375. huc non ſpectat, loquitur in theſi de contemptu Magiſtratus, à quo abhorreat Chriſtianus, non tam Ariſtoteles quam Scripturæ Sacer faciet codex.

(2) Cum hæc provocatio ſoleat fieri in criminali foro, & in quo licitam ac permiſſam quidam magni nominis & inclutæ autor famæ aſſerat; quæritur anne hæc provocatio involvat vindictæ petitionem, vel animam vindictæ cupidam arguat? Eſt qui negat, nos affirmamus: Quippe quo alias tenderet illa provocatio, niſi ut innocentiæ ſuæ hoc pacto vel juſtitiæ cauſæ conſulant, vel propter juſtitiam denegatam Deum invocent ultorem. Non obſtat, quod quidam Eruditorum noſtræ ætatis Principibus ſcribat. Privata vindicta ceſſat, ubi

aditur

aditur judex. Reſp. Vindicta privata ceſſat, ubi aditur Judex, verum eſt, & ſi ſimul in lata ſententia tranquillus acquieſcam, ſed non ceſſat vindictæ cupiditas, neque ceſſat vindicta, quando appello à foro ſoli ad forum poli, ſed eſt vindicta, quam à Judice cœleſti contra Judicem terreſtrem inique judicantem flagitamus, & devoti imploramus. Si enim vindicta in totum ceſſaret, prorſus acquieſceret in Judicis ſoli decreto, & ad Judicem poli non confugeret, ad illum appellando, ut facit. (3) Quæritur: Quod ſi nunc talis provocatio in criminalium foro accidat, quid tum Judici faciendum? Reſp. Judex vel indubitato certus ſit vel teſtimonia omni exceptione majora, vel per rei confeſſionem ſpontaneã, non torturæ vi expreſſam, ſed aliquoties ab ipſo interrogato extra torturæ æſtum repetitam, & alia documenta. (2) certus ſit, quod talem pœnam taleque ſupplicium dictaverit, quod juri & Sanctionibus conforme (præſtat autem ſemper Judex infra menſuram ſupplicii à legibus dictati, quam tranſcendat, maneat. Nihil in Judice Miſericordia præſtantius. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur Matth. cap. V. v. 7. Nullus quippe eſt

qui

qui non opus habet, miſericordiam Dei implorett, utut ſummus in Mundo Dominus & Monarcha ſit) tunc nihil aliud requiritur, quam ut executioni nulla interpoſita mora, ſententia demandetur; niſi miſericordia erga reum motus, reo aliquot dies, ſi valde perſeveret in ſua appellatione, concedat, à ſacris perſonis admoneatur, ab hac frivola & injuſta provocatione deſiſtat, ne temere provocans ſibi ipſi Deum magis iratum reddat, tantoq; gravius Dei experiatur judicium. Si autem conſcientia ſit ambigua, tunc arbitramur illud monitum, quod quidam magnus Vir dedit eſſe amplectendum: aſſervandum eũ eſſe vult omniaque momenta, & quæcunque ad veri indagationem pertinent, examinanda eſſe, ac perpendenda, ut ſi innocentia ejus appareat, lata retractetur ſententia, vel ſi contrarium evenerit, decoctiori confirmetur conſilio. Hac in re cautus fuit Judex apud Rensburgenſes, cujus mentio ſit in ipſo opere § 37. Quæ quidem conſuetudo in noſtro foro non obtinet locum, non male autem conſuleretur Juri, ſi in uſum aſciſcerent, cumprimis quia appellatio in criminalibus reis denegatur. Quo jure vel injuria iſta reis non concedatur, viderint illi, quibus ita decernere pla-

re pla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

re placuit. Olim æque in criminali ac civili appellare fuit integrum l. add. 29. c. de appell. l. 2. c. ſi pend. apell. mor. intervall. l. 2. c. Quorum appellat. non recip. l. pann. 86. §. Rei perduell. l. ſ. quis fil. §. 6. bi autem omnes ff. de injuſt. rup. atque irrit. teſt. l. qui à latronibus 3. §. ult. qv. 94. per tot. Nicol. Reuſn. l. 2. deciſ. 23. N. 14. Anton. Gomez. l. 3. variar. reſolut. c. 13. n. 31. Hodie autem moribus aliud introductum per Germaniam (vid. Receſſ. Imp. de An. 1539. §. item Ordinar. crim. p. 2. tit. 28. Gailius 1. Obſervat. Practic. I. Num. 28. & l. 1. de pace publ. cap. ult. in fine N. 36. ubi ita ſcribit: tamen hoc ex conſuetudine quadam generali in imperio non obſervatur, ſed poſt latam ſententiam condemnatoriam ſtatim pro arbitrio Judicis, remota omni appellatione, fit executio, ut habetur in conſtitutione Imperii Auguſtæ An. 1510. promulgata &c. adde §. 37. Mynſ. Cent. 2. Sing. Obſ. 98. N. 4. Carpz. Criminal. p. 3. qv. 139. N. 27.) ſed quam plurima alia Europæ regna & Principatus receptum (vide Gudel. de Jure Noviſſ.) conſuetudine nullæ prorſus appellationes in criminalibus permittuntur, nedum in ſupremis dicaſteriis recipiantur. Denegata itaque appellatione vigore conſue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ſuetudinis introductæ, utut Jus ipſum naturale non deneget; neceſſitas exigit in tali provocationis caſu Judex non nimium properet, ſed ſententiæ executionem ad tot dies differat, quibus reviſio actorum, magisq; ſollicita inquiſitio queat fieri. Præprimis hac ætate, ubi Atheiſmus adeo invaleſcit, & ubi Hobbeſii, Spinoſæ aliorumque Empectarum hypotheſes nonnulli Politici amplectuntur, quique præter decori & honeſti cœcam obſervantiam alias leges divinas & civiles vix curant & reſpiciunt. Proin majori Jure iſta appellatio in forum criminalium revocanda & decernenda eſſet. Quippe in ejuſmodi judiciis non quæſtio eſt de tigno immittendo, de novi operis nunciatione, de moratoria cautione, ſed de ipſo ſanguine hominis, qui pretioſus & nobilis Pſal. XLIX. qui omnium creaturarum Princeps, ad quem redimendum Chriſtus ſuo ſanguini non pepercit. Caveat Magiſtratus quantum in ſe eſt, ne ſuis ſubditis anſam det ad Deum propter iniquitatem ſuſpiria ducant, nam quot ſuſpiria ducunt, toties ad Deum appellant. Væ Magiſtratui, qui hæc ſuſpiria è ſubditis elicit & extorquet &c. De iſta appellatione ad forum Poli hoc noſtro agitur opuſculo & Zachariæ nomine

inſignitur, & hunc librum L. B. legendum do. Autorum Syllabus magnus eſt, qui iſtius provocationis exempla commemorant, potiores ſunt Job Limnæus lib. 2. add. Jur. Publ. p 830. Campofulgoſ. *lib. 1. Exempl. cap. 6. Wolf. Lect. Memorab. & recond. Cent. 12. p. 331. 332. Cent. Magdeb. VII. c. 6. p. 937. Camerar. Hor. ſubciſiv. p. 3. c. 38. Greg. Richter. append. Axiom. Hiſt. Reg. 299. Carolus von Hagen in Jure publ. Eraſm. Franciſci, Harsdorffer. &c. Jam ampliſſima teſtium & Autorum nubes hic militat. Cæterum Deus Ter Optimus Maximus iſtas animi & corporis ſufficiat vires Celeberrimo Juris Conſulto & Academiæ noſtræ Juris utriusq; Profeſſori primario meritiſſimo & digniſſimo D. D. Nicolao Martini doctiſſimum ejus opus, cujus Sciagraphiam vel indicem cum erudito orbe jam communicavit; De Politia in civitate Dei, typis exſcriptum videamus, tunc etiam plenam & porro ſufficientem notitiam de Dei in ſua civitate regimine habituri ſumus, quæ enim hactenus noſtri Honoratiſſimi Collegæ induſtria dedit magni æſtimantur, & ad hoc ſuum opus omnibus, tanquam ad Eruditionis omnigenæ cornu copiæ movit ſalivam. Hoc meo extemporaneo labore fruere L. B. Dico Laborem extemporaneum, quoniam fur-*

tim

tim & raptim hanc commentationem in chartam conjeci, tot enim aliis negotiis diſtractus, vix tantum temporis, quo hæc meditatus ſuffurari potuerim. Dabo operam, ut horis ſubciſivis de Jure Zelotarum quoq; commentarium abſolutum conficiam. Meditabor iſtud Senecæ l. de Otio Sapientis impleam: Hoc ab homine exigitur, ut proſit hominibus, ſi fieri poteſt, multis; Sin minus paucis: ſin minus proximis; ſin minus ſibi. Sat arbitror me feciſſe, ſi conſcientiam illibatam ſervem; DEO & Sereniſſimo Principi, Domino meo Clementiſſimo morigerus vivam; Proximum ut memetipſum amem; inimicum diligam; & ſeptuagies ſepties fratri in me peccanti condonem; commiſſa fideliter & conſtanter exequar; vivimus enim tali Seculo, de quo recte olim cecinit Zacharias Lundius, Poeta Cimber:

Scelus aggerentes ſcelere: cædibus cædes:
Probrisq; certa probra: fraudibus fraudes:
Dolis dolos, & crimine efferum crimen:
Irata cœlo non ſecus manu facta
Tricorporum cruenta turba Cyclopum
Olim intuliſſe dicitur diis arma,
Montem aggerentes monte: collibus colles:
Et dura Saxis Saxa: rupibus rupes:

Sic noſtra certe turpiter ſibi irata
Germina tellus mutuis perit bellis.
Gladios ſuos in propriam necem ſtrictos
Admovit audax pectori, mori certa.
Viduare gaudet civibus ſuis urbes.
Ruris colonos enecare ad unum omnes.
Æquare certant arduos ſolo turres.

Non ovum ovo tam ſimile, quam ſimilis hujus Seculi genius eſt iſti carmini. Verum finio, DEUS *faxit, pacem Germaniæ redditam diutiſſime oſculemur & fruamur! Vale, Fave L. B. Si quid erroris offendas, condona, homo ſum! errare humanum! iterum atque iterum Vale & Fave! & omnia in bonam partem interpretare.*

Kiliæ, volanti calamo
Anno 1695.

T. T.

NESTOR II.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

EPISTOLA
Clariſs. DN. D. HANNÆI.

POſſem Tibi videri à legibus, quas Sanctius Amicitiæ noſtræ Jus præſcribit, abhorruiſſe longius, dum ſiluerim tamdiu, etiam bis à Te compellatus. Sed ignoſcas, quæſo, Fratri occupatiſſimo, & variis curis ſatis diſtricto! Multum negotii (ut alios meæ curæ commiſſos prætereamn) mihi aliquamdiu faceſſivit illuſtris Heroina, quam (poſtquam Partu periculoſiſſimo filium enixa fuiſſet extinctum) è faucibus mortis eripui. Tertius vix illuxerat dies, poſt exoratam Lucinam Saturniam, antequam lateris dextri Hemiplexia, Junoniis nimio opere non delaſſatam modò, ſed & fractam, laboribus, Syrti valetudinis adſtituiſſet propius. Tanto ſanitatis naufragio ubi commodùm eripuiſſem hanc noſtram, bidui modò indulgebatur ſolatiolum, antequam febris atrocior Charybdi vorticoſæ eandem deſtinaſſe videretur. Superavimus tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

turbineos hos ſcopulos auſpicatò, fa-
vente Numine. Nec ceſſabit unquam
gratiſſima Familia meas poſt DEUM
collaudare ſuppetias. Præterea Lares
domeſticos meos non parum turbavit
migratio, utinam felix & fortunata, è
Domo, quam hactenus incolui condu-
ctitia, in propriam, eamq; per elegan-
tem, numerata nunc redemptam pecu-
nia. Quantas autem pariat moleſtias
deſultorium hoc vitæ genus, ipſemet,
mi Frater, propria edoctus experien-
tia didiciſti. Nunc mihi Muſisque red-
ditum Hannæum ſibi vendicat ſuo jure
Hannemannus, nunquam otioſus, na-
tus Publico. Quam pulchrè verſatus
ſis in Montibus Chymicorum, Nobiliſſ.
Dn. Frater, Orbi Erudito nuper oſten-
diſti, in Tuo OVO HERMET. PA-
RACELS. TRISMEGIST. de quo
tecum alia vice. Jam elegantem Te,
ſub titulo ZACHARIÆ PONTIFI-
CIS moliri diatribam, de PROVOCA-
TIONE AD VALLEM JOSAPHA-
TI memini, & memini cum volupta-
te, ut cognoſcant omnes Tibi nec in-
vias eſſe Valles, nec inacceſſos Colles.

Qualis

Qualis fuerit Vallis Joſaphati, ſenſu proprio, de quo agitur Joel. cap. III. & cur citatio ad tribunal Dei, ſenſu Metaphorico, dicatur provocatio ad Vallem Joſaphati, Tuus pleno gutture concionabitur Zacharias. Vanitatem enim iſtius ſententiæ, qua, in Valle Joſaphati extremum judicium olim exercendum fore, ſtatuerunt nonnulli, odorari poteſt vel obeſæ naris homo. Interim non eſſe de nihilo, nec pro deridiculo aut delectamento habendum, ſi ad juſtum Tribunal Dei iniquiſſimum oppreſſorem ſuum citaverit, diemq; vel horam dixerit, per vim ſupplantatus Joſias. Pluribus exemplis Tu hoc evinces, ſpero; ego unicum addo, quod in Germania contigiſſe narravit mihi Nobiliſſ. & Experientiſſ. ſocer meus Dn. D. Chriſtianus Henricus Luja. Inciderat aliquando in offenſam Domini ſui, vitæ necisque jus habentis, Ruſticus miſellus, quem tamen, ceu meliore fortuna dignum, perdere noluit, in miſericordiam flexus, Satrapes, utut contrarium ſuaderet, qui ipſi à rationibus erat, Diſpenſator. Dum adhuc

ſub Judice lis eſſet, abiit peregrè Nobilis, ſed, pro inſigni ſua Clementia, cautelam ſubjungens, ut, ante ſuum reditum, nihil contra delinquentem moveretur Ruricolam. Atat penſiorem occaſionem inveteratum ſuum odium in hunc triſtioris ſortis Candidatum exercendi nactus ardelio, ad extrema & inimiciſſima Jura cupidiſſime decurrens, ſub clauſtris aſſervatum præferratis Patibulo ad judicandum curabat ſolicitius. Nocte proxima, antequam furcæ immolaretur in corvorum iturus pabulum, ſomniabat hic, olens malitiam & crudelitatem clamitans, capite, ſe, in Templo conſtitutum, vidiſſe Diabolum è ſuggeſtu verba facientem, ſtatimque truces ungulas gremio ipſius inſerentem, ac Præcordiis ereptum cruoris manipulum verſus cœlum projicientem. Evigilans uxori ſuæ annunciabat ominoſum hoc inſomnium; quæ Lymphatæ ſimillima, obſecrabat ipſum per omnia Numina, parceret innocenti ad necem deſtinato, ni certiſſimum experiri vellet exitium. Hic vero occalluerat adeò, ut ipſi ſaluta-

re uxo-

re uxoris ſpernenti conſilium, Dominique juſſum exuenti mitiſſimum, nihil dulcius videretur, quam ſiniſterius conceptam iræ ſuæ flammam ruſtici extinguere ſuſpendio. Oritur interea Lux infauſta, damnato exitialis futura, cum vero in eo eſſet miſerabilis iſte diſcipulus crucis, ut collum in laqueum inſereret, longam ex ſe facturus literam, ſanguiſugam ita affatus eſt, voce clara quidem, ſed gemitibus diſtincta & ſingultibus: Tu ſtimulorum ſeges, tanti infortunii mei incus & malleus, injurioſæ mortis meæ, qua, te auctore, mihi Spiritum non adimit carnifex, rationem mihi, intra viginti quatuor horas, redditurus eris, coram rigidisſimo Tribunali Chriſti! nec mora ſic locutum, cui imperatum erat, jugulat. Ubi jam deferbuiſſet in rabiem pene actus animus, Patibulatum (de quo ſecurus erat) relinquens, œnopolium petiit Diſpenſator, quaſi re bene geſta, hilarem ſumpturus diem. Heic bibit, potitat, helluatur, alterum poſt alterum evacuat Scyphum, reliqvum ſic e populo ejicit, ut id reſonet. Dum ita de-

bacchatur, brevi apud inferos dapinaturus, incidit cum cive, qui ibidem convivabatur, in contentionem. Hi primum inter ſe altercantur mulierum ritu, tum rixantur, tandem à verbis ad verbera veniunt. Verum civis ille honeſtus, memor citationis peremptoriæ, (licet conculcatæ ab iſto venalis animæ homine) decrevit ſatius eſſe injuriam accipere, quam alteri inferre, unde inſolentior redditus benè potus plura ſibi permiſit quam pudore ſalvo licuiſſet. Civis ut periculum evitet præſentiſſimum, fuga ſibi ſalutem quærit, domum repetiturus, inſequitur ſtrenuè nebulo, & fugientis tergum fuſtibus tundit dedolatque atrociter. Cum autem intra januam ſuæ domus ſe recipiens bonus ille Vir, ſentiret audaculi iſtius infrænem impudentiam, etiam ſui liminis transſiliiſſe limites, læſam patientiam in furorem vertens, Taurum irruentẽ venabulo ita transfixit, ut prolapſus in vulnus moribundus caderet. En Hiſtoriam Tragicam, Tuo haud indignam Pontificatu! plenio-

niorem autem talium Actuum ſcenam ibi pandes, Frater amantiſſime, & ſingula huc ſpectantia momenta acriore expendes Judicio. Ego his & aliis Tuis laudabilibus conatibus EUGE! applaudens, Te Tuosque feliciſſime valere jubeo,

T. T.

GEORGIUS HANNÆUS, M.D.

EPISTOLA BREVIS
AD ERUDITOS EUROPÆ NOSTRÆ;

Qua ſui Syſtematis Polymathiæ univerſalis breviſſima dat lineamenta, & Eruditorum ſubſidia devote implorat.

VOs, Per Illuſtres, Nobiliſſimi & Clariſſimi Viri! qui eſtis Reipublicæ literariæ primates, & hujus noſtri ſeculi Lumina, ne dicam Numina! ea animi devotione & obſervantia, qua decet & par eſt, alloquor! cujus mei ad vos alloquii

cauſa non eſt temeraria quædam audacia ceu arrogantia, quæ procul à me exulat; Sed mei animi decretum vobis magis aperiam: ſc. quomodo conſtituerim Deo Volente ex Epiſtolis aliquod Polymathiæ univerſalis concinnare Syſtema. Cum autem hoc ipſum opus ipſeque labor ita comparatus, ab aliis ſubſidia ac præſidia conquiram, opus ſit; Præter improbum laborem ac induſtriam, quem nunquam ſubterfugiam, multorum librorum copia & apparatus requiratur, non tam id genus quos typis habemus exſcriptos, verum & inſuper MSc. quorum copia maxima in Bibliothecis Clariſſimorum Virorum deliteſcit. Proin hæc cauſa eſt graviſſimi hujus mei alloquii literarii. Repetam & paucis adumbrabo aliquod ſceleton hujus mei prolixi diffuſiq; operis. Syſtema hoc noſtrũ octo abſolvitur libris vel Sectionibus: I. Sectio Epiſtolas Apoſtolorum in codice Sacro extantes exhibebit, & ex iis extrahendo, quæ faciunt ad Polymathiam Polemicam Theologicam cum omnibus Auguſta-

næ

næ invariatæ confeſſionis ac librorum Symbolicorum noſtræ Eccleſiæ adverſariis, qui vel hæretici vere tales, vel falſo tales dicuntur, (non diffiteor in hoc crimine impingendo peccari intra & extra muros iliacos. Si autem talis occurrat hic hæreticus errorem hujusmodi defendens cum omni manſuetudine erudiendus eſt, Dominusq; orandus, ut mentis ejus tenebras diſcutiat. Sunt verba cujusdam magni noſtræ Eccleſiæ Theologi contra Magnum errantis Eccleſiæ propugnatorem fortiter in acie ſtantis & triumphantis Exercit. X. §. XI. p. 947.) vel & Schiſmatici ſunt II.) quæ ad Theologiam moralem, III.) quæ ad concordem & concinnam hiſtoriæ ſeriem ſpectant. Quid Clariſſimus Ludovicus Capellus hic præſtiterit, indicabitur, & quo deficit, ſupplebitur. *Sectio (II.)* Epiſtolas Patrum contemplabitur, exque iis dando, quæ docent Polymathiam Theologicam, Polemicam, moralem, antiquitatem Eccleſiaſticã, hæreſiũ originem pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

progreſſum & exitum. Excell. Colbergius de origine & progreſſu hæreſium doctiſſimum conſcripſit opus, quod meretur lectionem diligentem. Hic Magnus Vir fatetur Cap. VIII. §. V. p. 260. ſe multum debere præclariſſimo Horbio, Theologo Celeberrimo, qui hiſtoriam Origenianam docto calamo conſcripſit An. 1670. Francofurti excuſam, in qua hiſtoriæ multæ leguntur, quæ faciunt ad Philoſophiam Platonicam intelligendam. *Sectio* (*III.*) Occupatur circa Epiſtolas Theologorum ab ætate reformationis Lutheri, ex iis enarramus Religionis reformationis negotium, hiſtoriam, disſidiorum fontes, & quomodo iſtis disſidiis mederi, curſumque illorum impedire potuiſſent, indicatur. Harum Epiſtolarum magna farrago eſt, multique Theologi Epiſtolas conſcripſerunt, quibus magna lux affulgebit, ſi prodeant Gerhardi & Varenii. Multum debemus Celeberr. DD. Fechtio, qui hoc pacto præclare de re literaria meritus, quod nunquam non grata mente agnoſcent Eruditi. In iſtis controverſiis tractan-

dis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

dis & interdum refutandis ſequar monitum, quod Celeberr. quidam noſtræ Eccleſiæ Theologus ſic ſcribens dat: certus eam plerumque blanda ac ſolida errorum confutatione optime perſuaderi hominibus, ſine morſu & aculeo, qui non ſanant. Sed ulcerant atque irritant errantium animos, & veritatis probationi plurimum obſunt. h. i. Et ſic eſt, homines citius leni, blanda & benevola allocutione, quam dura & aſpera vincuntur. Habent autem hoc multi pro more adverſarios magis calumniis quam argumentis aggrediantur, ſed quid obtinent, niſi quod contumaciores magis pertinaces reddant. Nihil etiam adverſariis affingam, aut hæreſeos crimen temerè impingam, nec tamen turpi Syncretiſmo fulcrum ſubſternam. *Sectio* (*IV.*) Dabit hiſtoriam Juris Civilis, Politiæ mutationes, Dominiorum translationes, bella, illorum occaſiones, exitus, fœdera, fœderumque hiſtoriam, pacificationes &c. Academiarum, Gymnaſiorum, Cœnobiorum fundationes, aliquot quoque diplomata inſerantur

dabo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

dabo operam. &c. *Sect.(V.)* Sibi vendicat Medicorum Epiſtolas, ex iis elicienda univerſæ artis Medicæ Theoreticæ & Practicæ notitia, cum rarisſimis obſervationibus, rari argumenti quæſtionibus, quarum & larga mesſis erit. *Sect. (VI.)* Docebit Polymathiam Philoſophicam, inque ea Sectas antiquas & novas, Sectarumq; Autores, in qua, ut hoc ingenue dicam, Syncretiſmum ut in Medicina ſtabiliam, omnem operam impendam. *Sect.(VII.)* Critica & Philologica & antiquitatis profanæ arcana ex Epiſtolis docebit. *Sect. (VIII.)* Elogia & judicia de Doctis Viris, rebus geſtis, illorumque Scriptis commemorabit. Quod & Epiſtolæ multum lucis affundant hiſtoriæ rerum palam eſt, videſis duntaxat *Petri de Vineis, Hugonis Grotii, Perezii, Cambdeni, Miltoni* &c. *Sect. (IX.)* Tanatologiam magnorum Virorum complectetur. *Sect. (X.)* Proverbiorum & gnomarum meſſem uberrimam tradet. *Sect. (XI.)* Hiſtoriam ludicram afferet, qua epiſtolæ ſcatent. Hoc eſt Sceleton brevisque delineatio mei operis capita capitumque ſummaria

ria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ria non addidi, nec addere potui, ſiquidem non conſtet, quotnam ſint Autores Epiſtolarum, hi à nobis in certas Orcheſtras, orcheſtræ rurſum in Capita dividentur, & quodlibet Caput ſua complectetur Lemmata. Ad cujus elaborationem veſtrum auxilium, Excell. Domini devotus imploro; quicquid hic à veſtra benignitate mihi omunicatur, gratiſſima mente agnoſcam, ac publice profitebor, quorum ope hoc meum opus confectum fuerit. Multum à Cæſareo LEOPOLDINÆ ocietatis Collegis Honoratiſſimis, nultum à noſtræ Academiæ, quæ Poymathiæ omnis Viris Inſigniſſimis inructa, multum à Cimbriæ noſtræ iteratis, quorum tam inſigni copia, t aliqua Germaniæ Provincia, ſuperit, mihi polliceor; & ab aliis in aliis ermaniæ Provinciis degentibus, uos omnes & ſingulos magni æſtimo, inſtar pupillæ oculorum diligo. Eſt iquis magni nominis & inclutæ faæ Vir, qui mihi ſuam opem MSc. mmunicando benigne pollicitus eſt, in iſto ſtudio Polymathiæ univerſa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

lis ſummum culmen attigit. Hæc ſunt, de quibus vobiſcum fari placuit, & neceſſe fuit; Valete, favete Europæ noſtræ lumina, Seculi decora, ornamenta, reique literariæ culmina! DEUS vos ſervet, protegat veſtræque induſtriæ annuat! Valete! Favete!

Kiliæ, Ann. 1694. die 3. Septemb. D.

Veſtr. Amplitud. & Excell. Devotiſſ. Cultor

J. L. HANNEMANN, M. D.
PP. NESTOR II.

EPISTOLA II.

Ad

Summe Reverendum, Excellentiſſi-mum & Amplisſimum

DOMINUM

JOHANN. DIECMANNUM,

S.S. Theologiæ Doctorem Celeberrimum, Ducatus Bremenſis & Verdenſis Superintendentem Generalem, Meritiſſimum, Digniſſimum, Patronum & Fautorem Suum Magnum!

Summe Reverende Domine Generalis Superintendens!

MAGNE PATRONE!

Literarium noſtrum commercium, quod duobus ante luſtris frequens inter nos fuit, jam penitus oblivioni traditum. Niſi quod ego ſæpius adhuc tuarum Epiſtolarum Eruditiſſimarum lectione animum meum tanquam nectare paſcam; ſiquidem omnigenæ Eruditionis & univerſalis Polymathiæ floſculis amœniſſimis conſperſæ & ſale conſum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

matæ Eruditionis Theologicæ conditæ ſunt; quas ego cimmelii inſtar æſtimo. Dudum etiam animum meum magnum ſtimulavit irritavitque deſiderium literis ad te inviſendi, commerciumque illud, quo mihi nihil elegantius accidere poteſt quicquam, reſtaurandi. Verum quando mecum expenderem negotiorum molem, quæ Te ſibi totum poſcunt; calamo meo ſcripturienti ſufflamen aliquod & remora injecta eſt. Verum cum in animum meum induxerim Syſtema Polymathiæ univerſalis ex Eruditorum Epiſtolis condere; in eo autem alteram partem vel ſecundam ſectionem abſolvant Epiſtolæ Eccleſiæ Patrum, quæ immenſum immenſæ Eruditionis Theſaurum complectuntur; in iſto autem oceano Syrtes, brevia & ſcopulos multos metuam, quos vix ſine naufragio effugere potero, niſi Te, Ampliſſime Domine, Tuique ſimiles i. e. Magnos Viros & veros Eruditionis Atlantes in cynoſuram, Duces & comites eligam. Præprimis cum iſtud decretum in animo meo ſedeat; in iſta Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ctione iſtorum Seculorum, quibus Patres Eccleſiæ clavo adſtiterunt, hiſtoriam Eccleſiaſticam conſcribere, & antiquitates iſtorum temporum Eccleſiaſticas eruere. Illa autem hiſtoria Eccleſiaſtica, quam paro, reſpicit dogmatum orthodoxorum probationem, confirmationem; tum Hæreſium originem, Autores, progreſſum & finem. Hiſtoria Eccleſiaſtica magni momenti eſt, quam cumprimis ſollicite tractare, maxime Eccleſiæ intereſt. Sic autem tractari debet, concordi ſerie gaudeat, & cavendum eſt, ne ſubleſtæ & ſuſpectæ fidei Autoribus vel nimium tribuamus, vel iis locum aliquem concedamus, multo minus autoritatem aliquam probandi adſcribamus, multo minus traditiones Pontificiorum recipiendæ ſunt. Quomodo in iis progreſſus ſit, & quoties hallucinatus fuerit Baronius in ſuis Annalibus, demonſtravit primo ſtupendæ Eruditionis vir Caſaubonus, & poſt eum alii inclutæ famæ Viri Eruditi; quousque Epiſtolæ Patrum falſo ab eo, & ab aliis Eccleſiæ noſtræ adverſariis citan-

tur, quod crebro fit, vel & cacodoxum ſenſum iis affingit, quo errore frequenter cum aliis laborat, indicabimus, corrigemus, & D.V. vindicabimus. De Hæreſium origine jam doctiſſimum comentarium cum erudito orbe communicavit Excell. Colbergius, Ordinis Theologici in Germania noſtra Decus, qui mihi ſæpius uſu veniet. Hic Magnus Vir ſe multum Horbio debere ingenue fatetur, eſt & Horbii Hiſtoria Origeniana doctiſſimum Scriptum. Quantum licet, conabor, quoque vindicem interdum falſo ſuſpectam Autoritatem quorundam Patrum; quod utique neceſſe eſt. Sectionem tertiam facient Epiſtolæ noſtratium Theologorum ab ætate Reformationis Lutheri. Multi enim ex noſtratibus Theologis, (quorum aliquot induſtria Excellent. Dn. D. Fechtii editos habemus, quod beneficium ut maximum grata mente agnoſcant Eruditi, par eſt. Cui numero ſi aliquando addantur Gerhardi & Varenii, ut ſpes facta eſt, ingens pretium iis accedet,) Epiſtolas conſcripſerunt. Aliquot etiam ex Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

formatæ Religioni addictis eundem laborem feliciter abſolverunt. Cum Erudito Orbe quoq; Epiſtolas Remonſtrantium communicavit & auxit Clariſſ. Limburgius, qui ſuo Commentario de inquiſitione præclare de re literaria promeritus. Sociniani etiam in hac Palæſtra Epiſtolica ſeſe exhibuerunt. Ex iis omnibus occaſionem Reformationis, progreſſum & finem commemoraturus; Præter Epiſtolas præfatio Apologetica Hutteri, quam præmiſit ſuæ concordiæ concordi hic multum lucis affert in negotio religionis cum reformatis, in qua etiam aliquot Epiſtolæ citantur. Larga quoq; ut in prima & ſecunda Sectione admetiar illa, quæ faciunt ad Polymathiam Theologicam Polemicam, Moralem, caſusque conſcientiæ, dictante occaſione, immiſcendo. Nec præteribo, quin quoque demetam Lolia & Zizania, quibus Eccleſiæ arvum conſerere laborarunt quidam errantes, i.e. excerpendo Epiſtolas Socinianorum, utut iſtæ præſenti veneno ſcateant, cui autem præſentiſſimam antidotum opponam,

quam noſtratium Theologorum Scripta affatim propinant. Schvvenckfeldii & Davidis Georgii etiam hic ſuam ſtationem, correctionem & refutationem invenient. Schvvenckfeldianiſmi ſemina primo ſparſit Carolſtadius &c. Hoc eſt ſceleton mei decreti, Excellentiſſime Domine! ad cujus executionem undiquaque auxilia, ſubſidia & præſidia conquiro. Cumprimis de MSc. obtinendis valde ſum ſollicitus, illorum autem maxima copia in Magnorum Virorum Bibliothecis deliteſcit. Certus autem ſum, Te, Virorum Celeberrime, mihi nō defuturum re & conſilio; quicquid hic à Te, aliisque Magni nominis Viris communicatur, grata mente nunquam non agnoſcam. Nunquam hoc opus niſi Magnorum Virorum favore & auxilio fretus aggreſſus fuiſſem. Hoc eſt, quod tecum hac brevi Epiſtola communicare placuit, Magne Patrone! Claudo itaque, & Te DEI tutelæ commendo, qui Te diutiſſime Eccleſiæ ea animi dexteritate, doctrinæ puritate, qua hactenus præluxiſti, prælucere

faci-

faciat; eam itaque tanquam ſponſam Dei regas, atq; Spiritus Sancti pratum, i. e. verbum Dei ducas, & tua prudentia & vigilantia ab iſto Chriſti ovili, quæ ei damno eſſe poſſunt, abarceas, ne vineam Domini conturbent Epicurei de grege porci. Si enim unquam vigilantia & fortitudine Epiſcoporũ opus, hoc cumprimis tempore requiritur, quo pietas in opprobrium vertitur: imo in quo periculoſum & famæ damnoſum eſt, piam ducere vitam. Quo magis decori & honeſti ſecularis, quam veræ pietatis ratio aliqua habetur. Verum ne prolixior ſim! Claudo meum repetens votum. Vale, Fave Excellentiſſime Vir! qui ſum

Kiliæ, Ann. 1694. *die*
5. *Septembr.* ☿

T. T.

NESTOR II.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

EPISTOLA III.

Ad

Nobiliſſimum, Excellentiſſimum, & Ampliſſimum

DOMINUM

SIGISMUND. LEDELIUM,

JC. Celeberrimum, Advocatum Conſultiſſimum, Academicum Curioſum digniſſimum, dictum Herculem II.

Fautorem & Collegam Honoratiſſimum.

TUas quoque compellare Muſas, Excell. Domine! non tam mearum partium eſſe duxi, quam ut quoq; nececſitas aliqua, quam mihi impoſui, & vel potius imperat decretum, quod jam animo meo foveo. Scilicet ſi Deus meis annuat cœptis! conſtitui aliquod Syſtema, niſi forſan rectius appellem theſaurum, Polymathiæ univerſalis ex Epiſtolis Eruditorum Virorum elicere. In hoc meo opere Se-

ctio

ſtio IV. ſiſtet Hiſtoriam Juris, Politicæ, Rerumpublicarum arcana, mutationes, fœdera, fœderum hiſtoriam, Pacificationes, pacificationum hiſtoriam; prætenſiones idque genus huc pertinentes quæſtiones illuſtres, &c. Multa, ut claret, Scripta ſunt, quæ mihi magnum ſubſidium afferre poſſunt, ut ſunt inter alia Petri Martyris opus Epiſtolarum; Ferdinandi de Pulgar Epiſtolæ; Joh. Aurpachii Epiſtolæ Juridicæ ne nunc aliorum commemorem Epiſtolica Scripta, vel libros Epiſtolica forma conſcriptos. Verum cum præprimis ſollicitus ſim de MSc. hic & iſtic in Bibliothecarum promptuariis deliteſcentibus obtinendis; proin neceſſe eſt, Magnorum Virorum nomina, ea, qua decet, obſervantia implorem; Te autem in iſta orchæſtra procerum JurisConſultorum nulli ſecundum agnoſcat Eruditus Orbis, Tuas Muſas mihi in auxilium ſollicitare ac implorare volui. Nullus dubito, quin Te! Virorum Celeberrime! hic fruar fautore, auxiliatore & amico parario! quod ſi fiat grata mente agnoſcam, ac publi-

ce

ce quorum benevolentia meo operi incrementum, augmentum & ornamentum acceſſerit, honorificentiſſima illorum nominum mentione profitebor! Hæc ſunt, quæ Tecum Virorum Celeberrime fari placuit. Vale! Fave! qui ſum

Kiliæ, Ann. 1694. die 8. Septembr.

T. T.

NESTOR II.

EPISTOLA IV.

Ad

Nobiliſſimum, Excellentiſſimum & Ampliſſimum

DN.

JOHANNEM de MURALTO, M.D. Celeberrimum, LEOPOLDINÆ Societatis Collegam, dictum Aretæum Meritisſimum, Phyſicum Tigurinum digniſſimum.

Fautorem & Collegam Honoratisſimum.

EGo Mehercle, Honoratisſime Dn. Collega! ab aliquot jam annis, quo

Ephe-

[E]phemerides noſtræ Societatis volvi, [e]x tua Eruditiſſimo calamo concinnata [ſ]cripta legi, & magni æſtimavi tuam [i]nſignem Eruditionem, & quod non [m]inus te commendat Erudito orbi, & [c]ommendabit poſteris, laude maxima [d]ignam humanitatem. Altera, qua [i]n amicitiæ tuæ fœdus optimos allicis; Tanta eſt, ut majorem nemo ſibi optet; [n]æcque tantæ perfectionis, ut nihil tuo [c]onſortio amœnius ac jucundius ſpe-[r]ari queat. Utraq; fretus iſtud teme-[r]itatis crimen committere minime [e]rubeſco, quo has ad Tuam Excellen-[ti]am conſcriberem literas. Quid au-[t]em iis velim, ne vel in tua negotia ma-[x]imi momenti injurius videar, tribus [e]xponam. Duo opera D. V. conſcri-[b]ere animo decrevi meo. Alterum [q]uod inſcribitur Thaumatographia [C]urioſa Microcoſmi Phyſico-Medico-[J]uridico-Theologico-Hiſtorica, cujus [ſ]ciagraphiam juſſu meo meus filius [n]atu maximo proximus dictus Petrus [J]ohannes Chriſt-Fried Reich Hanne-[m]ann, (qui & partem iſtius operis Hi-[ſt]oricam, præter ſuum commentarium

de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

de Divinitate Medicorum elaborandam in ſe ſuſcepit) conſcripſit & edidit; de qua hic multum loquar non eſt operæ pretium. Si ſolum hoc dixero, quod quemadmodum Nobiliſſ. Dn. D. Gladbachius ex quatuor cardinalibus morbis, ut puta 1) Catarrho, 2) Cachexia, 3) Febre, 4) Scorbuto &c. univerſam morborum cohortem feliciter educit: Sic nos ex ſolo Eryſipelatæ univerſam Morbonæ tyrannidem emanare evincemus, & quod nullus morbus vel ægritudo humano corpori accidere queat, qui non ſit Eryſipelas; neque ab hac nomenclatura eximo calculum vel Podagram &c. Alterum opus inſcribitur Syſtema Polymathiæ univerſalis; in qua Sectio V. arti Medicæ Theoreticæ & Practicæ dicata; Verum totum hoc opus XI. Sectionibus conſtans, duntaxat ex Eruditorum Epiſtolis elicietur. Quod autem ad artem noſtram Medicam attinet, tunc in ea maximus Epiſtolarum Syllabus eſt; permulti enim Epiſtolas ſcripſerunt, ut ſunt *Manardus, Langius, Bartholinus, Libavius, Geſnerus, Aloiſius, Mundella,*

la, Beverovitius &c. ut duntaxat aliquot commemorem. Verum cumprimis mihi cordi & curæ eſt, tam beato mihi liceat eſſe, magnorum Patronorum & Fautorum beneficio ac benignitate obtineam commodato Epiſtolas MSc. quæ in Celeberrimorum Virorum Bibliothecis deliteſcunt; vel quas ipſi ſuo literario compararunt commercio. Nullus dubito, quod cum iſtarum Epiſtolarum magna gaudeas ſupellectile, me facile à Te Virorum Celeberrime! ac ab aliis tuis amicis, interpoſitis tuis commendatitiis, impetraturum, quo utrique meo operi augmentum, ornamentumque accidere, meisque dubiis lux accendi poſſit! Omne illud beneficium grata mente non duntaxat agnoſcam verum & recolam, publiceque illorum mentio, à quibus mihi auxilium, in dictis operibus honorificentiſſima nunquam non fiet! Hæc ſunt Virorum Excellentiſſime, de quibus tecum Sermones miſcere placuit; Sed finio & heic ſubſiſto! Vale, Fave! Helvetiæ Tuæ Decus & Redivivus iſtius Europæ pro-

vinciæ

vinciæ Æſculapius! quæ imprimis magna & Excellentiſſimorum Medicorum copia ſuperbiit, quorum Monarcha Divinus Paracelſus! Vale, Fave! qui ſum

Kiliæ, Ann. 1694. die 8. Septembr.

T. T.

NESTOR II.

IN LIBRUM
Honoratisſimi DN. PARENTIS
GRATULATIONES
TRIUM FILIORUM.

Quam bene Tu raras profers Chariſſime dotes
Ingeniiq; Pater! munera magna Tui!
Quâ placet aſſiduos Tibi continuare labores
Tempora nec turpis plena quietis agis.
Seu Medicas Docto lites Sermone reſolvis,
Seu cineri innaſcens ſcribitur herba ſuo;
Seu Tu Regalis virtutes ſcripſeris auri,
Quosque ferant uſus dona beata Tagi;
Seu mala quæ noſtrûm cauſa Servator iniq;
Judæo quondam paſſus ab hoſte, doces;

Seu

Seu Tu prolixo tractare Volumine geſtis
Quid valeat Docta littera Scripta manu.
Quid præclarorum hæc proſint monumenta Virorum,
Quam præſtent multum in qualibet arte boni.
Nunc Joſaphatæam Pater ipſe recludere vallem
Tentas deq́; illa verba diſerta facis;
Ergo per cunctas Tua fac præconia gentes,
Ipſa ea, quam loqueris, vallis amœna ferat.

B. J. O. HANNEMANN.

VIndictæ quantum noceat maleſana cupido
Omnia Scripturæ nos monumenta docent;
Atq́; illam quoties nobis depingit Jeſus,
Inferno toties crimina nata vocat.
Aſt pietas illi virtusq́; remittere culpam,
Et placida quodvis mente tuliſſe malum.
Ipſe ſuos nobis exemplo prævius hoſtes
Pro dira illata morte ſalute beat;
Vulnera muneribus compenſat, proq́; furente
Tortore ad cœlum vota precesq́; facit.
Nos quoque mite decet tantum quicunque Magiſtrum
Hunc volumus noſtrū Sanctaq́; juſſa ſequi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Hunc recte ſequimur, bene ſi ſectamur amando,
Obſequii talem nam cupit eſſe modum.
Pectora vindicta paſcant crudelia quotquot
Spes Paradiſiacæ nulla ſalutis habet;
In nobis faciles animos & nomine digna
Noſtro divinus pectora poſcit amor.
Hac igitur doctis cum Te expoſuiſſe videmus
Chartis Chare Parens! præmia magna feres.
Eſt opera hac Phœbo, eſt hac gratiſſima Muſis,
Doctoq; hac orbi Te ratione probas.
Macte animo, macte arte Tua atque ingentibus auſis.
Hic Tibi hunc laudum certa adaperta via eſt;
Te manet æternũ nomen moriturag; nunquã,
Tam pulchri pretium fama laboris erit!

P.J.C.F.R. HANNEMANN.

QVanto ego cum rurſum jam doctum prodit in orbem,
Quod Tua præclarum mens fabricavit opus.
Accinerem ipſe meo Tibi carmine! ſed cum
Omnia ſint meritis inferiora Tuis,
Ut taceam præſtat, liber hic, Pater Optime! laudes
Quas meritus, melius commodiusq; canat.

T.T.M.J.D. HANNEMANN.

ZACHARIAS PONTIFEX,

II. Chronic. c. XXIV. v. 22.

i. e.

APPELLATIO
Ad
TRIBUNAL JESU CHRISTI VIVORUM & MORTUORUM JUDICIS.

§. 1.

DEUS, *qui eſt ipſa, ut in Scholis loqvuntur, in abſtracto Juſtitia*, hinc & ejus adminiſtrationem in ſacris literis ſine reſpectu perſonarum ſerio & ſub comminatione graviſſimæ pœnæ juſſit Levit. c.19. v.15. Deuteron. c.1. v.17.18. c.25. v.1. c.27. v.19. idcirco etiam ab ipſo judices & judicia in ſuo populo Iſraëlitico inſtituta ſunt, ſic & Moſes ſæpius legitur ejus populo dixiſſe, præprimis memorabile eſt illud judicii exercitium, quod Judicis deſcriptio.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

commemoratur Exod. c. 18. v. 13 ubi ex Textu allegato quinque Judicum attributu noſter recenſet *Rungius.* Quæ hoc loco referre operæ pretium arbitramur.

Requiſita Judicis.

1.) *ut Viri ſint non tantum ſexu ſed ætate, judicio & experientia;* male enim conſulitur Reipublicæ, cujus Rex Puer eſt. Eccleſ. c. 10. v 16. 2.) *ut ſint Sapientes*, in Hebræo eſt, Viri fortes. Non loquitur de robore corporis, ſed de magnitudine animi, induſtria & ſolertia, ſicut laudatur mulier חַיִל quæ ſolers & induſtria Prov. c. 31. v. 10. 3.) *Sint Viri timentes Deum*, quia timor Domini eſt fundamentum Sapientiæ: is efficit, ne Judices ſint προσωποληπται metu aliorum pervertentes judicium, ſed ſemper cogitent, Deo aliquando reddendam eſſe rationem. 4.) *Sint amantes Veritatis*, alieni à Sophiſtica, hoſtes artium Sycophanticarum, quibus etiam ſæpius innocentes circumveniuntur. Removentur hoc loco omnes affectus Judicum pervertentes, ut videlicet abſint odium, amor, invidia, & vero veritas locum obtineat. Ad hanc requiritur 1.) accurata inquiſitio, quæ fit, audita utraque parte. 2.) Veræ ſententiæ promulgatio, congruens cum lege ſcripta & naturali. 5.) *Non ſint*

avari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

vari? Removetur hoc attributo δω- A Judice remo-venda.
οφυγία, munera enim excœcant Sapi-
ntum oculos. Hæc attributa verum
udicem abſolvunt, & optandum eſſet,
ꝛque frequenter his attributis præditi
ſſent Judices, ac auri & argenti ſplen-
lore coruſcant. Non ignoro, ab aliis
& divitiarum poſſeſſionem Judicum re-
juiſitis annumerari, neque injuriâ,
ꝛropterea *Johan. Adamus Oſiander Hugo-*
1em Grotium, qui loco robuſtorum cum
lliis ſubſtituit *opulentos*, reprehendit,
vid. a. l. in Com. dicti Authoris *Quæſt.*
ad v. 21. *p.* 181. Nec male ad h. l. *Corne-*
ius à Lapide ſcribit: Hebraice enim eſt
Viros Virtutis i. e. Viros valentes ani-
mo, ſtrenuos & magnanimos, qui Ma-
gnorum & Magnatum vultum non ti-
meant, ut perſonas in Judicio accipi-
ant, & judicium pervertant: Sed unum
timeant Deum Judicem Judicum, &
Regem Regum. *Judex vero eſt ſuprema*
in Judicio perſona, quæ ex utriusque partis
auditione, & prolatorum examine ſenten-
tiam aliquam Juri Divino, naturali & civi-
li conformem promulgat, promulgatæque
ſententiæ executionem demandat.

§. 2. Omnis vero Judex vel Deo im- Diſtinctio Judicis.
mediate vel mediate ſubjectus eſt; Sic
que ſunt certi Judicum ordines & gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

dus: Talemque Judicum ordinem, legimus primitus à Moſis cognato Jethrone Exod. c. 18. v. 21. inſtitutum. Ita in noſtro Romano Imperio Imperator Romano-Germanicus omnibus tum in Europa cum toto terrarum Orbe, Regibus cujuscunque ſint nominis & conditionis præfertur. *Bmutlach. l. 3. c. 7. §. 8. p.* 105. Sicque & hic immediate Deo ſubjectus eſt. Nullum quippe ſe ſuperiorem quam Deum agnoſcit, vel veneratur, ſicque & hic ſupremus omnium Judicum Judex eſt, qui ejus ſceptrum agnoſcunt. Summam autem dignitatem habent 1) Imperator, 2) Rex Romanorum, 3) Vicarii, 4) alii Reges & Magiſtratus ſuperiorem, non recognoſcentes *Bmutlach. l. 7. c. 9. §. 2. p.* 227. Quanquam nunc Imperator Romano-Germanicus Summus Monarcha, exemplo tamen aliorum Monarcharum, Regum & Principum Chriſtianorum nonnunquam alterius Judicio ſeſe ſubmittit. *Brautlach. l. 7. c. 9. §. 3. p.* 227. Non obſtante hac abſoluta Superioritate Imperatoris Romano-Germanici, quilibet tamen Princeps in ſuo Principatu habet ſuperioritatem vel Jurisdictionem territorialem, hanc nuncupo Principum, Statuum & quorundam

Imperator ſupremus Judex.

rundam

undam Imperio immediate ſubjecto-
um plenariam & omnimodam, Impe-
io tamen & Imperatori ſubjectam, in
uis territoriis, diſtrictibus & diæceſi, in
isque contentos & circumſeptos ho
nines, bona, nec non proprio marte,
agendi, ſtatuendi & jubendi poteſtas
modo legitimo quæſita. *Brautlach. l. 3.*
t. 5. §. 2. p. 90. Effectus iſtius ſuperio-
ritatis, tum 1.) in eo conſiſtit, quod
ejusdem vigore, Principes & ſtatus Ger-
maniæ (qui & videntur peculiares Res-
publicas conſtituere, & quidem tot,
quot ſunt Principes & Status, & vix
quisquam amplius dubitet, plures eſſe
Germaniæ Respublicas, *Dn. D. Rache-*
lius in Jurisprudentiæ lib. 1. Tit. XL. §. 4. 5.
6. & Introduct. ad Juspublicum cap. ult.)
quibus hæc Superioritas competit, tan-
tum poſſint in ſuo territorio, Ducatu,
Comitatu, quantum Imperator in Im-
perio. Quod prælaudatus Rachelius
ſic exprimit Quæ res occaſionem præ-
buit adagio tantum poſſe Cæſarem in
univerſo, quantum Princeps in ſuo, h. e.
quandam analogiam & ſimilitudinem
eſſe inter poteſtatem Cæſaris & Princi-
pum Imperii. Sic & quilibet Princeps
in ſuo territorio eſt ſummus controver-
ſiarum Politicarum & Eccleſiaſticarum
Judex.

Quilibet Princeps ſuprem' Princeps in ſuo territorio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Principis cura in hoc occupabitur, ut habeat ſub ſe juſtos Judices cauſarum inferiorum.

§. 3 Summo Principi nunc & hæc cura incumbit, cum unus ſit, & impoſſibile ipſe variis in locis ſemper & ubiq; rebus gerendis præſens ſit, pro Reipublicæ circumſtantiis creare Magiſtratus & alios ſubſtituere, qui Subditorum lites & controverſias, vice Principis judicent. Verum præſtat hic audiamus ipſum SS. Textum, *Exod. cap.* 18. *v.* 13. 14.15.16.17.18.19.20.21.22. Altera autem die ſedit Moſes, ut judicaret populum, qui aſſiſtebat Moſi à mane usque ad veſperam. *verſ.* 14. Quod cum vidiſſet, cognatus (ſocer) ejus, omnia ſc. quæ agebat in populo, ait: quid eſt quod facis in plebe? cur ſolus ſedes & omnis populus quærens ſententiam DEI? *verſ.* 15. Cui reſpondit Moſes venit ad me populus quærens ſententiam Dei? *verſ.* 16. Cumque acciderit is aliqua diſceptatio, veniunt ad me, ut judicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei & leges ejus. *verſ.* 17. At ille non bonam (inquit) rem facis. *verſ.* 18 Stulto labore conſumeris, & tu, & Populus iſte, qui tecum eſt, ultra vires tuas eſt negotium, ſolus id non poteris ſuſtinere. *verſ.* 19. Sed audi verba mea, atque conſilia, & erit Dominus tecum. Eſto in populo in his quæ ad Deum pertinent,

Inferiorum Judicum conſtitutio à cognato Moſis.

ut referas, quæ dicuntur ad eum. *v.20.* Oſtendasque populo ceremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. *verſ.* 21. Provide autem de omni plebe Viros Sapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, qui oderint avaritiam, & conſtitue ex iis tribunos & Centuriones, & Quinquenarios, & Decanos. *verſ.* 22. Qui judicent populum omni tempore, quicquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo judicent, leviusque ſit tibi partito in alios onere. Hæc inſtitutio Magiſtratuum Principi ſummo omni tempore ita erit Curæ & Cordi, ut nihil prius potiusque habeat. Videmus & ubique in noſtra Europa hanc conſuetudinem creandi Magiſtratus inferiores in praxin eſſe receptam.

§. 4. Hac occaſione quoque nata eſt appellatio, ſæpius quippe contingit, ut inferior judex requiſitis boni judicis §. 1. commemoratis non ſit inſtructus, ne tamen Juſtitia naufragium patiatur, vel Ecclipſi perverſi favoris Judicis erga alteram partem obſcuretur, hoc remedium appellationis inventum eſt. Eum autem dicimus appellare, qui auxilium à ſuperiore adverſus alterius

Occaſio Appellationis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Magiſtratus injuriam implorat *Goclen. Conſil.* 29. *N.* 10. *Volum.* 2. *Gloſſ. Artic. Sax.* 74. Et negligentia Judicis inferioris probata devolvit cauſam ad Judicem ſuperiorem. Sachſen-Spiegel *in Gloſſ. ad Artic. XXXIII. p.* 103. Hinc & Juris-Conſulti Appellationem definiunt: *Appellatio eſt ab inferiori Judice ad ſuperiorem facta provocatio, ut is, cauſa denuo cognita, ſententiam priorem, à provocante iniquitatis inſimulatam, in melius reformet. Rachelius lib. IV. Tit. XXVIII. § II.* p. 675. Ita Paulus Apoſtolus Doctor ille gentium provocavit vel appellavit ad Imperatorem, ita ut appellatio ſit antiquiſſimæ conſuetudinis, primo eam fundari arbitramur *Exod. c.* 18. *v.* 22. Deus ipſe jubet appellationem, *Deuteronom. c.* 1. v. 17. Et pii homines injuria preſſi, ubi ad majorem Judicem competentem nullum reſtabit refugium, appellarunt immediate ad ipſum Deum; quamdiu autem aliquis ſuperior fuit, gradatim appellarunt, donec perventum eſſet ad ſupremum. Qvum autem meum propoſitum non ſit h. l. de appellatione quacunque agere, plus de hac materia hic non annecto, ne falcem in alienam meſſem mittam; duntaxat de quodam genere appellationis,

Appellatio quid.

tionis, quod provocatio ad vallem Joſaphat dici ſolet, agere eſt animus.

§.5. Appellationes à Summo Principe non conceduntur, ſed interdum hoc pacto appellatum fuiſſe tradunt Hiſtorici, e. g. Sic quidam coram Philippo Alexandri Magni Patre agens, dum Jura à Philippo ſomnum ſimulante minus attente audiri cognoſceret, à ſententia provocavit alta voce, qua excitatus Rex: Ergo ad quem provocas? ad te reſpondit ô Rex! cum experrectus fueris. Præterea Hungarus quidam teſte Petro de Rewa, ac irato Ferdinando, à depravato inimicorum calumniis ab immemore Regii muneris, ad eum Ferdinandum appello, cujus Juſtitia, Religio, Sanctitas, norma atque exemplar eſt cæteris Regibus ad populos juſte & ſapienter regendos. Sic Marchio Badenſis Edvardicæ lineæ contra Badenſem Marchionem trina vice à Cæſare male informato ad melius informandum appellavit. *Gockelius de Regibus Europæis Cap. XIV. §.12. p.692.693.* Neque de hac appellatione noſter ſermo eſt. Sed acturi ſumus de appellatione, qua à dependenti creata Majeſtate appellatur ad independentem vel increatam Majeſtatem. Vel quemad-

Quidam modi appellationis à Hiſtoricis commemorati.

Appellatio ad Vallem Joſaphat.

modum

modum loquitur. Notandum tamen, quamvis ſummo à Principe ad alium non poſſit appellari, quod nihilominus extimeſcenda ſit appellatio, quæ fit à Summo Principe creato ad ſummum Principem increatum, æternum ſcil. Deum. Lubet itaque hoc loco expendere, an illa appellatio ſalva conſcientia fieri poſſit, vel Juri *D*ivino ſit conformis.

Rationes pro appellatione ad vallem Joſaphat

§. 6. Jeſuita Cornelius à Lapide in Commentario ſuo ad v. 5. Cap.IX. Geneſeos de citatione Judicum ad tribunal DEI diſcurſum aliquem inſtituit, quem hic integrum adſcribere operæ pretium eſt. Rurſum ex hac Dei ſanctione (verſ. 5. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum: & de manu hominis de manu Viri & Fratris, requiram animam hominis) & promiſſione hic data, ſæpe fieri ſolet, quod ipſe preces & vota eorum, qui injuſte damnantur, vel trahuntur

Ratio I.

à Principibus aut Judicibus ad mortem, exaudiat: & præſertim, ut, ſi rei & damnati ſuos judices in cauſa injuſta, vel etiam dubia, citent ad tribunal Dei, ipſe Judices mori, & ſe ſuo judicio cauſam dicturos non raro, etiam intra condictum à reis tempus ſiſtere cogat. Ita

David

David multiplici injuria & violentia, per Saulem afflictus, ac pene oppreſſus, illam coram Deo citans exclamat: *Judicet Dominus inter me & te: & ulciſcatur me Dominus ex te, &c.* Nec vana fuit hæc provocatio: quando paulo poſt hic à Philiſtæis acie victus, & Sagittis vulneratus, ne in manus eorum vivus incederet, proprio ſe ferro transverberavit. *Secundo*: adhuc evidentior eſt hæc Zachariæ Pontificis, cum ingratiſſimi Regis Joas præcepto in atrio templi lapidaretur, ad Divinum Judicium appellatio, videat Dominus & requirat: quoniam ſuo eventu non caruit. Anno namque vix exacto, & Principes Regii, qui huic injuriæ conſenſerunt, gladio Syrorum trucidati, & rex magnis cladibus afflictus, in lectulo à ſuis multis vulneribus confoſſus ſimul cum aulicis ad Divinum tribunal raptus eſt, dicturus de propriis factis rationem. *Tertio* Septem fratres Macchabæi pro Patris legibus, ab Antiocho omni diritate & crudelitate vexati, eidem non obſcure diem coram Deo dicebant, inquientes: Dominus DEUS aſpiciet veritatem &c. Videbis magnam poteſtatem Dei, qualiter te & ſemen tuum torquebit &c. Tu non effugies

Ratio II.

Ratio III

fugies manum Dei &c. nam appellationes iſtas de cœlo efficaces ſentiens, manifeſta Dei ultione periit. *Quarto*
Ratio IV
Non modo Paulus de Alexandro Ærario conqueritur, dicens: *Reddat illi Dominus ſecundum opera ſua*; Verum & beatorum Martyrum animæ ad eundem, contra ſuos oppreſſores vociferantur: usque quo Domine non judicas, & non vindicas, ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra? differtur autem tantum, non damnatur autem hæc eorum provocatio. Quin etiam Chriſtus ipſe ab injuriis Judæorum, ad Patris Judicium appellans, ait: ego non quæro gloriam meam; eſt qui quærat & judicet. Ab his Sacris Diviniſque teſtimoniis nunc ad graves planeque memorabiles hiſtorias accedamus. *Quinto* igitur loco *Nauclerus* & *Fulgoſius* referunt,
Ratio V.
Ferdinandum Legionis & Caſtellæ Regem duos nobiles ex Carvajaliorum familia de proditione ſibi ſuſpectos, ſed inauditos, præcipiti judicio de altiſſima rupe deturbari juſſiſſe. At illi præcluſam ſibi defenſionem, & præſentem mortem cernentes, Chriſto æquiſſimo Judici cauſam ſuam commendarunt, & ad ejus tribunal intra trigeſimum diem Ferdinandum Regem citaverunt.

Nec

Nec inanis fuit eorũ provocatio, quoniã trigeſimo poſt die, morte percuſſus coram Divino Judice evocatus fuit. *Sexto* Ratio VI ſcribit idem *Fulgoſius* equitem Neapolinum cum reliquis templariis confratribus ſuis ad ſupplicium raptum, ad Clementem VI. & Philippum pulchrum Franciæ Regem, quorum auctoritate necabatur, de feneſtra proſpectos exclamaſſe. Quando mihi inter mortales nullus jam ſupereſt, ad quem appellem; ad juſtum Judicem Chriſtum qui nos redemit, appello, ut ante ejus tribunal intra annum & diem vos ſiſtatis, ubi cauſam meam exponam: intra annum vero uterque rationem Deo redditurus mortuus eſt: *Septimo Author eſt* Rat. VII. *Johannes Pauli* Rudolphum Auſtriæ Ducem, equitem auratum damnaſſe, ut ſacco incluſus mergeretur. Eques autem conſpecto prius Duce, exclamavit! Dux Rudolphe, ad tremendum Dei tribunal intra annum te voco: ille ridens reſpondit: bene, præito, ego tum adeo. Exacto autem tempore incidens in febrim, appellationis recordatus, Seruis dicit, tempus mortis meæ inſtat, ad judicium eundum, & ſtatim obiit. *Octavo ex hiſtoriis Britanniæ armoriæ recitat* Rat. VIII. *Eneas Sylvius* Franciſcum illius Ducem,

cem, fratrem ſuum Ægidium læſæ Maſtatis falſo accuſaſſe, in carcere necaſſe. Hic paulo ante mortem conſpecto Franciſcano, adjutavit eum ut ad fratrem Ducem renuntiaret, quatenus in- intra quadrageſimum diem ad Dei tribunal ſe ſiſteret.

§. 7. Addam & illas hiſtorias quas habet *Jeſuita Hieronymus Drexelius l. 2. c. 3. tribunal Chriſti p. 221. ad p. 251.* poſt in altera hujus operis parte veritatem hiſtoricam examinabimus, primo iisdem argumentis, quibus Cornelius à Lapide pugnavit, ſuam aſſertionem munivit. Primum argumentum tangit hiſtoriam Jacobi contra Labanum 2.) Hiſtoriam Davidis contra Saulem 3.) Zachariæ Jojadæ filii contra regem Joas. 4.) Bernhardi provocationem adducit. Poſt horum recenſum hiſtorias commemorat. *Primum Exemplum* eſt de *Ferdinando IV.* Hiſpaniarum Rege ad ſecretum Chriſti tribunal citato, eſt idem quod ex Cornelio à Lapide attuli, niſi quod prolixiori ſermone & magis Rhetorico lepore ornatum adduxerit. *Secundum exemplum:* vel ſecundi teſtes: *Gualterus Burgenſis* Vir doctrina & Sanctitate clarus, Pictavienſis Epiſcopus inique accuſatus eſt: poſt cauſam male

Exemplum I.

Exemplum II.

le-

le diſcuſſam ſede pulſus à *Clemente V.* Summo Pontifice. Gualterus quamdiu vixit, injuriam patienter tulit. Moriens juſſit, ad exemplum credo aliorum, inſcribi tumulo. *Ad juſtum DEI judicium appello.* Legit appellationem Clemens, & injuriæ, quam intulerat, memoria expaviſſe ajunt. De obitu Pontificis, ait, hic nihil addo, adducemus ergo nos ſuo loco. *Tertium exemplum* vel tertii teſtes: cum homo invidus & obtrectator, nomen ei *Agreſtius*, *Beatum Columbanum* jam mortuum conviciis ac calumniis laceraret, *Euſtachius Abbas* Columbani diſcipulus, ut erat tam patientia quam multa ſcientia inſignis, calumniatorem impavide aggreſſus: Heus inquit Agreſti, ego diſcipulus illius & ſucceſſor, cujus tu diſciplinam & inſtituta temerarie damnas, te coram his Sacerdotibus, ad divinum Judicium invito; intra annum fac compareas, cujus virtuti obtrectaveris, è judice juſtiſſimo percipies. Agreſtius has eſſe minas ex pelvi ridiculas & vanas arbitratus, inſuper locum pœnitentiæ ſæpius conceſſum ſprevit. Sed pondus ingens habuerunt Euſtachii verba, ſiquidem die trigeſimo antequam annus verteret, Agreſtius à ſuomet ſer-

Exemplum III.

vo, quem in mancipium emerat, ſecuri percuſſus, interiit. Hoc habet. Recte dixere priſci: Semper Themis, ſemper Dice Jovi adſident. *Quartum exemplum ſeu quarti teſtes*: in Germaniæ Vicina Gothia, Joannes Turſo judex dicta ſententia quendam capite plecti juſſerat. Hic cum alia defenſio negaretur, in genua procumbens: En, inquit, injuſte morior. Sed te, Judex inique, in jus voco, ut hac hora pro capite dicas ad Dei tribunal. Surdo nænia. Vix autem carnificis manu obtruncatus eſt, cum & ipſe Judex velut fulmine ictus ab equo corruit exanimis. Quid reis fiet, ſi ſic judices raptantur ad judicium? *Quintum exemplum*: & hoc idem eſt, quod ſuperius ex Cornelio à Lapide attulimus, adducemus nihilominus, quemadmodum hic, faciet & ſic ſuo loco ad noſtrum propoſitum. Certiſſimum habetur, quod Clementi V. (Cornelius à Lapide ponit Clementi VI.) Pontifici Maximo, cujus paulo ante mentionem fecimus, evenit. Qui cum templarios cœtum religioſum & diu bonum atque utilem, Wiennæ in concilio damnaſſet, & in ſodales ferro atque igne paſſim animadvertiſſet, (vel ut alii loqvuntur) ſæviiſſet, à pluribus eorum,

Exemplum IV.

Exemplum V.

uno

uno præſertim Neapolitano Equite ad judicium divinum eſt appellatus, ita quidem, ut Clemens Pontifex & Philippus Rex Galliarum ad tribunal ſupremum citati, intra annum ſe ſiſterent. Philippo Regi damnationes illæ fuiſſe bono putabantur, Templariorum opibus ad eum devolutis & confiſcatis. Neque vana fuit hæc appellatio, nam intra tempus annuum, uno ſc. eodemque anno 1314. tam Papa, quam Rex obierunt. Clemens 20. Aprilis; Philippus 29. Novembris. Quis neget geniale aliquid & divinum hic interveniſſe, ſupremo Numine conſciſcente? *Sextum exemplum*: In Linguria Italiæ nota parte Genuenſium triremes contra piratas emiſſæ; Gotholanam biremem ſuæ poteſtatis fecerunt. Hujus vero navigii rectorem, in contemptum tam Siculorum quam Gotholanorum noctu patibulo affixerunt. Miſer ille diu ſed fruſtra queſtus, nihil ſe unquam Genuenſibus nocuiſſe, ut vidit illos plus gentis odio moveri, quam æquitate, præcipuamque mortis ſuæ cauſam eſſe trierarchum Genuenſem, ad ſuperos ſe convertens, juſſit ut ille ipſe ſuæ mortis auctor, intra ſextum menſem ante Deum Judicem compareret. Exemplum VI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Neque vadatio fuit irrita. Tempore condicto ligur extinctus vadimonium obiit. *Septimum exemplum*: Et hoc idem, quod §. VI. commemoravimus ex Cornelio à Lapide, verum & propter certam cauſam hic repetemus: Franciſcus Britanniæ Dux, cum mortuo patre fratrem Germanum in Anglia educatum, inde reducem accepiſſet, in vincula conjecit, & læſæ Majeſtatis falſo accuſatum in carcere necari juſſit. Inſons Juvenis jam neci dandus, impietatem fratris accuſabat, cui non ſatis fuiſſet regnum ſibi debitum occupaſſe, ſed inſuper vitam iniquiſſime auferre. Quando igitur, ait, nihil humanæ opis ſperandum, ad Divinam me verto, Franciſcum fratrem ad Dei tribunal poſtulo, intra annum de parricidio hoc reſponſurum. Nec iſta ſine viribus vox miſſa eſt. Franciſcus Princeps hydrope laborare cœpit, & intra ſpatium annale mortuus, divinam utique cenſuram ſenſit. *Octavum exemplum*: Engoliſmenſis comes Nantinus (Gregorio Turonenſi teſte) homo faver & variabilis nequitiæ, Heraclium, prius Burgalenſem Presbyterum, dein Epiſcopum, ſibi adverſarium ſtatuit, eumq; diverſis injuriis affecit. Inimicitia creſcente auſus

Exemplũ VII.

Exemplũ VIII.

auſus eſt etiam villas & prædia invadere, quæ Morackarius ejus avunculus teſtamento templis & Sacerdotibus transſcripſerat. Neque defuit fucus & color huic flagitio commento: Ajebat namque illius hæreditaria bona non debere ei Eccleſiæ, cujus Clerici teſtamentarium interfeciſſent. Mantelum ſatis ſpecioſum. Sed Heraclius deprehenſa injuſtitia comitem anathemate percellens à piorum ſocietate ſeclufit. Comes novam vafritiem induens convenientibus apud Sanctonas Sacerdotibus ſe ſubmiſit, pollicitus omnia quæ vi abſtuliſſet reddere, modo iterum particeps fiat Sacrorum. Factus eſt. At ille quasdam domos reddidit, ſed prius expilatas, & omnibus facultatibus viduatas. Quapropter illum Epiſcopus iterum à ſacris amovit, nec multo poſt obiit. *Nantinus* denuo ad Eccleſiæ communionem ſibi viam aperuit, ſed argenteis & aureis manibus, poſt paucos menſes ardentiſſima febri correptus clamat: Heu heu, ab Heraclio Antiſtite exuror, ab illo crucior, ab illo ad judicium vocor: agnoſco facinus, recordor injuriarum, quibus eum oneravi. Dum hæc clamat, febrili flamma æſtuans, infelicem animam ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Exemplum IX. ſubeundum judicium effudit. *Nonum exemplum* idem eſt quod §. VI. N. 7. attulimus. Exemplum X. *Decimum exemplum: Sidonius Apollinaris Arvernenſis Epiſcopus*, tam divinis quam humanis literis (*ut Gennadius loquitur*) ad integrum imbutus, nec minori Sanctitate. Sed invidiam nulla delinit virtus; imo eam magis exaſperat & acuit. Ita Sidonius duos Sacerdotes ſibi infenſiſſimos expertus eſt. Hi virum integerrimum omni Sacro Magiſtratu per vim exuentes tenuiſſimo victu ſuppeditato, hoc illi unum reliquerunt, vivere, Sidonius ſummæ injuriæ patientiſſimus non foro certare, ſed omne jus ſuum tribunali divino inſtitit transſcribere. Judicem profecto nec ſurdum, nec cœcum, ſed nec tardum habuit, cum enim improborum Sacerdotum alter minaretur, luce poſtera Sidonium à ſe templo extrahendum, è vivis ipſe abreptus eſt ad Judicem. Surrexerat quidem ante diluculum impius Sacerdos, & in Sidonium iras coxerat: Sed antequam in publicum ſe daret, ad naturæ requiſita ivit, puero cereum præferente, ô Miſerum! Nam dum alvum exonerat, Spiritum exhalat. Interim puer foras exſpectat diutiſſime. Jam ſceleris ſocius

cius nuntiari juſſerat; veniret modo nunc opportunum eſſe, quod pridie, ſtatuiſſet, exequi. Puer Dominum, moniturus jam exanimem invenit. En geminum Arrium. Sidonius Deo pro ſe vindicante poteſtatem priſtinam recepit. Verum poſt aliquantum temporis correptus morbo in templum deferri voluit, ubi lugenti & interroganti populo, quemnam ſimilem ſperare, poſſent, ſublato paſtore optimo, reſpondit: En frater meus Aprunculus vivit, & hic Paſtoris munus occupabit. Delirium hoc putabant, non vaticinium, quia non intelligebant. Defuncto Sidonio alter Sacerdos nil repentina, morte ſocii motus, jamq; gaudio triumphans tiaram ſibi vi rapere conabatur, egregius Paſtor ovium, ut ajunt, lupus. Et vero gloriari etiam auſus eſt homo flagitioſus, nunc demum liquere Sidonio ſe juſtiorem fuiſſe, divinum namq; judicium pro ſe ſtare, pontificale pedum à Deo ſibi deferendum. Hem cœcitatem humanæ mentis! Nec langui-de præſul futurus egit; profecto in rem ſuam vigilavit. Nam proximo poſt Sidonii obitum Dominico die Epulum lautiſſimum inſtruxit, Primoribus civium omnibus invitatis. Jam convi-

væ accubuerunt, jam diſpoſita per menſam ſtabant fercula, jam ſermo cœperat, jam potus poſcebatur. Ante omnes deſignato Præſuli Pincerna vinum Dominicum porrexit. Sed videte quanta inter os & offam, inter calicem & labia intervenire poſſint. Dum miſerrimus hic antiſtes poculum manu tenet, antequam illud admovet ori, en mors irruit, & citat ad judicium. Nam omnia, prout evenerunt, pridie objecta ſunt Pincernæ per ſomnium, quod Gregorius Turonenſis pluribus percenſet. *Undecimum exemplum.* Anaſtaſius Imperator, qui totum pæne orientem crudelitatis ignibus exuſſerat, oraculo edoctus eſt, ſibi etiam igne pereundum. Adverſus hoc mortis genus plurima paraverat, ſed fruſtra. Nam & portentoſis inſomniis terrebatur. Inter hæc Vir quidam terribilis ſecundum quietem ei viſus eſt, qui librum manu præferens dixit: Ecce ob perverſitatem fidei tuæ, annos 14. deleo vitæ tuæ. Demum anno quingenteſimo decimo octavo, die nona Julii cœlum iratiſſimum crebro tonitru & fulgure ita perterrefecit Anaſtaſium, ut cœnaculum cœnaculo mutaret, imo infra lecticas correperet. Sed oculum

Exemplum XI.

mnia

omnia cernentem non effugit. Nam fulmine ictus interiit. Eodem prorſus die Elias Hieroſolymorum Archi-Epiſcopus, & Flavianus Antiochiæ Patriarcha ab Anaſtaſio, religionis cauſa in exilium pulſi, cum Imperatoris obitum divinitus cognoviſſent, eum ſibi mutuo ſignificarunt his verbis: Anaſtaſius hodie mortuus eſt: Eamus igitur & nos, ut cum illo judicemur. Elapſo biduo mortui ambo ad deſtinatum judicium pervenerunt. *Duodecimum exemplum* Anno milleſimo tertio decimus in Padebonenſi Eccleſia Epiſcopus Menwercius cœnobii Corbejenſis diſciplinam prope intermortuam reſtaurare inſtituit. Adfuit igitur reformator, initium facturus in corrigendis moribus. Sed acriter ei reſtitit Walo Abbas, diſciplinam arctiorem neutiquam admiſſurus. Cauſa ad Imperarem delata, id denique eſt, ut Abbas officio ſit motus. Quapropter Epiſcopus inſtituti ſui tenax ad laudabiliorem vitæ rationem introducendam denuo ſe accingit, quod à re divina in templo facienda placuit ordiri. Sed ejus Cœnobii Monachus *Beſo* nomine, loci Sacriſta, veſtes ſacras negavit, & ab ara projecit, quæ Antiſtes attulerat,

Exemplũ XII.

iterum iterumque monitus contumaciam perſeveravit. Epiſcopus injuria tam grandi motus monachum illum, humana jura calcantem, ad judicium Divinum poſtulans: Reddes, inquit, altiſſimo facti rationem. Hæc Monachus non quidquam penſi habens, irriſit Epiſcopum. Sed certe fallax non fuit Præſulis vadatio, nam eadem hora, qua præſul è vivis abiit, *Beſo* Monachus dum ei barba raderetur, ſub tonſoris manu concidit. *Decimum tertium*

Exemplũ XIII. *exemplum* Benno Miſnenſis præſul, qui annis XL pontificatui ſuo præfuit ea vigilantia & vitæ Sanctimonia, ut mirandis operibus & ſupra hominis conditionem editis nobilitatus ſit. Cæteris & iſtud adnumerandum. Marchio Miſnenſis *Otho* ad rem avidiore impio auſu & per nefas in Eccleſiæ Miſnenſis facultates irruit. Benno vigilantiſſimus Paſtor id minime diſſimulandum ratus Marchionem miti verborum humanitate monuit, affirmavitque, hominem recte facturum, ſi ea, quæ Miſnenſis eſſent Eccleſiæ, non coactus reſtitueret, ſin minus eſſe Judicem juſtiſſimum, ab eo jus petendum, qui omnium injurias non ſolum habeat perſpectiſſimas, ſed eas etiam exactiſſimæ vindica-

dicaturus ſit opportuno tempore. Ad hujus igitur tribunal, inquit, ſi aliud auxilium non ſuppetat, hæc controverſia transferenda eſt. Marchio homo furioſus hanc dicendi libertatem quamvis ſinceram & humanam non ferens Bennoni colaphum incusſit. At Benno Vir Sanctiſſimus ſublimi Spiritu afflatus: Et hanc, inquit, injuriam, hoc eodem tempore ſequentis anni Deus ulciſcitur. Id Marchio ut vaticinium vaniſſimum proterve irridens: Quis te, ait, Epiſcope Archigrammateum in cœlo conſtituit? Num Jovi à ſecretis es conſiliis? Ita res in jocum abiiſſe viſa. Non multo poſt beatus Benno ægrotare cœpit. Ante obitum Eccleſiæ ſuæ Canonicos ad eam Charitatem, quam Chriſtus docuiſſet, exercendam hortatus inter preces ſanctiſſime vitam finiit. Anno milleſimo centeſimo ſexto. Marchio cum tempus annuum & deſignatus à Bennone dies rediiſſet, En inquit, adeſt dies, quem Epiſcopus Benno, neſcio quam periculoſum minabatur. Deceſſit ille, & cum eo vaticinium ejus, non eſt quod quidquam metuamus. Vix verba finiit, & ſubito conſternatus præſentium opem implorat. Sed mors mandata exequens,

inge-

ingemiſcentem & multa luctantem, abripit ad judicium, quod ei Benno prædixerat. *Decimum quartum exemplum: Comes Hannoniæ*, ut indubitata fide percepimus (inquit Camaracenſis Epiſcopus) in animo habebat, & id ſtrenue moliebatur, ut Valencenis Canonicos, qui religioſis legibus vivebãt, è templo Divi Johannis expelleret, & eorum loco alios legibus iis ſolutos reponeret. Idcirco ejus loci Abbas cum ſuam ſuorumque cauſam, & quidem violenter agi cerneret, nec tamen earum ſe virium putaret eſſe, ut vim vi poſſet repellere, ſubſidiũ petiit è cœlo. Quando igitur, ajebat, vi res agitur, & lenti nimium moliminis foret, ad Regis, aut Cæſaris, aut Pontificis tribunal provocare, ad divinum provoco, & ad illud Hannoniæ Comiti dicam ſcribo: ibi nos oportet judicari. Non ſine pondere volarunt verba. Imminente die judicio conſtituta cœpit ægrotare Abbas, & videri palam tendere ad tribunal, quo provocaverat. Eam ob cauſam tam precibus, quam aliis quibus poterat ſanctis actionibus ſeſe diſpoſuit, ad cauſam in ſupremo tribunali rectius perorandam. Sub idem omnino tempus & comes in morbum delapſus me-

Exempl. XIV.

miniſſe

miniſſe cœpit, diem ſibi ab Abbate dictam, quo ante ſummum judicium, uterque quæſtioni appareret. Quare mutatis conſiliis, ne vadimonium obire cogeretur, ſe cauſa cadere ſignificavit. *Decimum quintum exemplum.* In Hibernia *Patritius Ochelius* Majonenſis Epiſcopus, & *Conatius Ornarius* è Divi Franciſci familia, Vir religioſus quamvis ſanguine ducali natus, in carcerem una ſunt abrepti, ubi extra omnem Solem, quindecim dies egerunt. Productos ProRex minis aggreſſus extrema ſupplicia intentare, blanditias etiam pollicitationes ampliſſimas miſcere: illi conſtantiſſime agere, & Angliæ reginam eſſe caput Eccleſiæ negare. In bilem actus, ProRex ocreas butyro, ſale, oleo, & pulvere tormentario impleri, Epiſcopi pedibus induci, ita pedes bullienti aqua immergi juſſit. Detractis ocreis oſſa carne nudata cernebantur. Sed necdum Antiſtes ſententiam mutavit. Additum ergo novum ſupplicium, & brachia cum digitis inter duo ſaxa ſunt comminuta. Sed eadem quæ ante præſulis fuit conſtantia. Itaque capitalis ſententia, tam in Epiſcopum, quam in ejus ſocium fertur. Ducuntur, ubi ad patibulum perventum eſt. Antiſtes

Exempl. XV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

tiſtes collo laqueum laxe indutus, rogavit tantillum ſibi ſupremi temporis non negaretur, quo diceret ad populum. Conceſſum, dixit ad dimidiæ horæ ſpatium, & ea verborum vi, ut nec adverſarii quidem à lachrymis temperarent. Denique ad ProRegem verſus. Tu quidem, inquit, ô ProRex, hoc corpus miſere torſiſti, & injurias mihi multas intuliſti, quarum hic ultionem non poſco, ſed te, jam cœlo teſte, ad divinæ Majeſtatis tribunal cito, ut illic facti rationem reddas. His ſupra modum exacerbatus Pro Rex, & altum animo vulnus ſentiens, ut dolori exæquaret verba, ſic reſpondit? Nunc hominum perverſiſsime, i, quam citisſimo gradu ad inferos. Tuam ego provocationem flocci facio; tu ad tartarum abi. Ita præſul cum Socio vitam laqueo finivit. ProRex ad urbem Limiricenſem profectus eſt. Hic die quodam cum Barone obambulans, cum ad locum, ubi duo illi fuerant ſuſpenſi, perveniſſet, Baronem intuitus: En, inquit, hominem illum perfidum, qui ad Dei tribunal me provocare auſus eſt, cum animus ejus jam ardeat in tartaro, corpus in hac infelici arbore putreſcat. Paulo poſt ProRex oppreſſus eſt morbo, qui vitam ei

abſtulit

abſtulit die decimo quarto, ab eo, quo citatus eſt ad Chriſti tribunal. *Decimum ſextum Exemplum.* Magiſter ordinis Teutonicorum (nomini parcitur) inter Juvenem qui mercaturam exercebat, & mulierem dubiæ pudicitiæ connubium jungere nitebatur. Repudiabat hoc Juvenis, quod ejus conjugii ſuaſor fœminam illam minime odiſſet. Hoc alter indigne ferre, & in hominem inſontem graviter, ſed occulte ſtomachari; ut autem iram ſuam velut victima placaret, miſerum illum furti, ſed confićti criminis inſimulatum, & judicio publico damnatum, in patibulum abripi juſſit. Nihil preces, nihil evicerunt lachrymæ. Ergo innocens reus nil magis in expedito habuit, quam ad omnis innocentiæ aſylum tutiſſimum recurrere. Ergo dum ducitur ad ſupplicium, animoſa voce ſucclamat injuſte condemnatus ſum. Appello igitur ad vitæ ac mortis arbitrum ſupremum: illi poſt decimam tertiam diem reddat rationem, qui me contra omnem æquitatem condemnavit. Juvenis quidem ſuſpendio vitam finivit; evocatio illius ad tribunal Chriſti contemta & irriſa eſt. Sed die decimo tertio Magiſter Teutonicus ægritudine Exempl. XVI.

ſubita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ſubita correptus: Me miſerum, inquit, en morior: Nam mihi hodie comparendum eſt coram omniſcio Judice. Quo dicto obmutuit. Eodem die, ut ſuum ipſe vaticinium firmaret, è vita exceſſit. *Krantzius l. 13. Vandaliæ c. 2. An.*
Exempl. XVII. 1407. Rigæ in Livonia. *Decimum ſeptimum exemplum. Lambertus Schafnaburgenſis*, egregius, ut illa tempora tulerunt, Scriptor memorat: Anno milleſimo quinquageſimo nono, Burchardum Epiſcopum Halberſtadienſem iniquam diu litem cum Abbate Herveldenſi foviſſe, ſuper decimis Saxoniæ, quas Epiſcopus Monachis ereptum ſibi vindicatum ibat, ſed manu magis quam jure. Abbas rem ſæpius in judicium deduxit, ſed ſurdis tribunalibus narrabat fabulã: nec Politicæ Sacræ leges vim adverſam perrumpere valebant. Ita nec ratio nec ſpes erat valenti adverſario reſiſtendi. Idcirco hic idem Abbas paucis ante mortem diebus Comitem Palatinum Fridericum ad ſe vocat, & extrema hæc mandata ferre Antiſtiti rogat: Se quidem lite imparem, lege meliorem cedere; atque etiam de vita jam decedere: Sed Deum judicem futurum, ad quem appellaret, huic vires ad tuendam æquitatem non defuturas. Pararent igitur

ſe am-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ſe ambo, ut cauſam intra paucos dies dicerent ad illud tribunal, ubi gratia & potentia ſpretis, ſola imperaret juſtitia. Illum ibi victurum, non qui plus poſſet, ſed cujus cauſa æquior eſſet. Sic Abbas obiit: nec eventus fefellit: Pauculi dies ab obitu Abbatis præterierunt, cum Antiſtes jam equum conſcenſurus, ſubito velut fulmine ictus corruit. Delatus ad cubiculum, decimas Herveldenſi cœnobio quamprimum reddi, & omem in poſterum ſuper ea re litem præſcindi juſſit. Cumque Magdeburgenſis & Hildesheimenſis Epiſcopi ad eum reviſerent, grandi ejulatu fatebatur: Vocari ſe, prout Abbas prædixiſſet, imo jam abripi ſe ad Divinum tribunal, ibi judicandum, in his vocibus deſiit. *Otto Archi-Presbyter*, quo potiſſimum impulſore in eam ſententiam exarſerat, horum malorum primus inventor, eodem anno morte ſubitaria ſine ſacris omnibus extinctus, vel à diabolo (ut vulgatior ferebat fama) ſuffocatus eſt. *Decimum octavum Exemplum*: Anno milleſimo quinquageſimo quarto Friderico Ænobarbo Imp. Antiſtes Moguntinus fuit, Vir pius, tranquillus ſuarum rerum: & ideo Romæ accuſatus; ut ineptus atque inutilis muneri, quod gerebat. Acceſſit Exempl. XVIII.

Arnoldus, qui ab Henrico miſſus fertur ad purgandum. Homo nequam contrarium prorſus fecit. Nam igni oleum addidit, & quosdam Purpuratorum Patrum corrupit, atq; in ſe vertit. Eo ventum eſt, ut Cardinales duo Moguntiam miſſi, de cauſa quæſiverint, Henricum damnarint & abdicarint, Arnoldum illum ſubrogarint. Henricus patienter id ferens, hactenus duntaxat queſtus eſt, ut diceret injuſte judicaſtis, appello igitur ad Dominum Jeſum æquiſſimum Judicem, ibi me reſponſurum exhibebo: venite; ſequimini. Illi jocos eludentes: cum præceſſeris, inquiunt, nos ſequemur. Nec verbis eventus defuit. Nam ille poſt annum fere & dimidium fato conceſſit. Rumore ad aures Cardinalium delato de Henrici morte, illi iterum illudentes: Ecce præcesſit, nos ſequemur. Secuti ſunt profecto, & uno die uterque ſubito deceſſerunt, & quod ajunt, miſerabili mortis genere. *Decimum nonum Exempl*: Leodii cœnobium S. Jac. nobilis adoleſcens ingreſſus religionis causa. Quod ubi cognatus ipſius Leodienſis Præpoſitus inaudiit, ægerrimè tulit. Mox igitur Abbati Manlianum imperium deferri jubet: Conſobrinum reddat, aut vim exſpectet. Recuſat Abbas,

Exempl. XIX.

no-

nolentem & invitum extrudere. Ergo Præpoſitus ſatellitium cogit, Monaſterium vi aperit, Juvenem rapit, & religioſis veſtibus detractis, eum profanius induit. Abbas adſcitis in Patrocinium primoribus Civitatis, ad Epiſcopum ſe confert, injurias exponit, & vim monaſterio ſuo illatam, idque præſente Præpoſito. Epiſcopus has querelas ægre admittere, & in Præpoſiti partem non diſſimulanter vergere, & Abbatem clarius objurgare. Abbas promti conſilii mox ſubmisſis humi genubus, & ad Præpoſitum verſus clementi voce: Contra tuas injurias, inquit, o Præpoſite! æquum Judicem in terra obtinere non poſſum: Cœlum igitur peto, & ſummum Judicem interpello, ut intra quadraginta dies uterque noſtrum coram eo compareat, ſententiam pro meritis auditurus. At præſul cum ſuis liberaliter cachinnatus priſcam hominis ſimplicitatem irriſit, dimiſitque non ſine ſcommate. Die abhinc quadrageſimo, Abbas ante meridiem circiter horam nonam mortuus eſt. Eo tempore Præpoſitus balneo domeſtico uſus lavabat; cumque audiret æra campana inſolitum concrepare, quæſiit: Quid hoc iſto tempore? cui famulus: ajunt Abbatem ad

S. Jacobi modo defunctum eſſe. Præpoſitus continuo memor XL. die ab Abbate dicti, expaveſcens & attonitus: Mox foras, inquit, foras; habeo quod agam: heu comparendum eſt mihi coram Judice Supremo. Cumque properaret thermis egredi, inter adſtantium manus collapſus diro cum ejulatu, obiit è vita ad indictum utique judicium. *Vi-*

Exempl. XX. *ceſimum Exemplum*: *Otho I. Imperator Romanus*, quod *Petrus Damianus* cum cura narrat, à filio *Guilielmo* Præſule Moguntino, ob matrimonium cum Adelaide contractum liberius reprehenſus, filium in vincula dedit. *Guilielmus* filius *Othonem* Patrem ad Prætorium Chriſti in jus vocans: Die Pentecoſtes, inquit, ante Dominum Jeſum Judicem noſtrum uterque comparabimus, & de capite cauſam dicemus: uter noſtrûm æquitatis lineam transgreſſus ſit, Divinum pandet judicium. Igitur nonis Maji, ipſo Pentecoſtes feſto die, Otho in Saxonia ſubito correptus morbo hominem exuit, & indictum vadimonium obivit, cum paulo ante filius etiam Guilielmus vivere deſiiſſet. *Viceſimum pri-*

Exempl. XXI. *mum Exemplum*: Anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, Miles Germanus natura non infacetus cum ſigno dato ad ex-

cubias

cubias vocaretur, commilitonibus ſubridens dixit. Redeunt ad nos excubiæ, redirent & utinam nuntius pecuniæ. Excepta vox eſt, & ad Ducem relata, qui prætore rerum capitalium accerſito, jubet in hominem, qui voces ſeditioſas ſparſiſſet, ſerio animadverti. Mox in vincula miſer trahitur, & torquetur denique capite damnatur. Miles optime ſibi audita mortis ſententia nonnihil cohorruit, ubi animum recepit terrifico clamore Ducem inclamans, eique jam præſenti: Poſt tres, inquit, hebdomades, hac ipſa noctis hora rationem Deo reddes de meo ſanguine. At Dux ſubridens: Tu, inquit, hæc oracula formiduloſis cane: vaticinationes iſtæ militem non terrent. Sed abi jam ſeditioſum caput in malam crucem. Ita nec quidem exſpectato die, media nocte hora duodecima ducitur & infelici arbori ſuſpenditur. Mane in terrorem cæteris ſpectandus exponitur transfixis præcordiis, cum hoc titulo; *Seditioſus miles.* Dux nonnihil conſternatus tam audaci provocatione ad Dei tribunal, ejus tamen ſenſim oblviſci cœpit. Verum indicto temporis ſpatio jamjam elapſuro, cum hora noctis duodecima ad excubias viſendas exiret, è ponte navali decidit & ſub-

merſus eſt. *Guilielm. Ferdinand. ab Efferen. in Manual. Polit. de rat. ſtat. ſeu idolo Princip. l. 5. P. 3. p. 382.* Hactenus hiſtorias commemoravimus, quas habet Jeſuita *Drexelius.* Antequam nunc harum examen inſtituamus, adhuc aliunde unam atque alteram hiſtoriam in medium adducemus, hiſtoriæ quippe & exempla in hoc loco utramque paginam faciunt, & infallibile perhibent teſtimonium.

§. 8. *Georgius Richterus in ſuis Axiomatibus hiſtoricis §. 299. p. 508. 509. 510.* etiam aliquot iſtius appellationis congesſit exempla, quædam ſunt illa ipſa, quæ *Cornelius à Lapide* & *Drexelius* habent, quædam ab illis diverſa. Utriusque commatis afferemus, propterea quoniam relationes diſcrepant, ut exinde poſtea melius judiciũ vel aliqua Epicriſis posſit formari. *Primum Exemplum* eſt de *Ferdinando*, & hoc habent ambo prædicti Jeſuitæ, vide §. 6. & 7. hujus operis.

Exempl. I.

Exempl. II.

Secundum Exemplum agit de Epiſcopo *Henrico Moguntino*, quod licet etiam habeat *Drexelius*, cum autem multa notatu digna occurrant in recenſu *Richteri*, etiam exinde transferemus. Præterea refertur in veteri Chronico Conradi Epiſcopi, de duobus Cardinalibus: Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

à Papa judices conſtituti, & pecunia corrupti, Henricum olim Epiſcopum Moguntinum, Virum laudabilem, ab Epiſcopatu Anno 1106. amoverunt: & quod propterea tam illi, quam Moguntini cives, à Deo in ultionem graviter puniti ſint. Rem, inquit, refero, fratres, omnibus iſtius ſeculi notisſimam. Venerabilis Vir Henricus tam manifeſta perverſitate turbatus, ipſos perverſos Cardinales alloquitur, in hunc modum. Si ad ſedem Apoſtolicam appellarem, contra veſtrum iniquum proceſſum Papa forſan ipſe nihil amplius tentaret; & nihil mihi accreſceret, niſi labor corporis, amiſſio rerum, afflictio ſpiritus, eviſceratio mentis, & evacuatio gratiæ. Appello igitur ad Dominum Jeſum Chriſtum, tanquam judicem juſtum. Vos cito ad ejus tribunal: ibi coram Summo Judice, me reſponſurum exhibebo. Non enim juſte, nec ſecundum Deum, ſed mercede corrupti, ſicut placuit, judicaſtis. At illi dixerunt: cum tu præceſſeris; nos ſequemur. Hæc autem ridentes & deridentes dixerunt. Poſt annum fere & dimidium venerabilis Henricus Præſul, defunctus, Deo ad quem appellaverat, totum proceſſum lacrymabiliter asſignavit. Mors ejus pervenit etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ad aures dictorum Cardinalium: qui ludentes ad alterum dixerunt: Ecce præceſſit: Suo tempore nos ſequemur: Et ecce tranſiit tempus breve: & ambo uno die moriuntur. Nam unus, ſedens in ſede naturæ, ut purgaret ventrem, omnia inteſtina ſua in cloaca ejecit, & miſerabiliter exhalavit: alius manuum ſuarum digitos articulatim abmordens, & ore exſpuens, quaſi ſeipſum devorans, expiravit. O Deus ultionum juſtum exerces judicium! Audita ſunt hæc in terra noſtra: nec à quoquam aliud dicebatur: quam benedictus Dominus, qui venerabilis Henrici injuriam juſte vindicavit. O Cardinales, Cardinales! pacem de terra accepiſtis, & ut homines Moguntiæ ſeipſos interficiant, vos feciſtis! Quodcunque mali provenit, quæcunque fuerint homicidia perpetrata, veſtra eſt in cauſa perverſitas, veſtra eſt iniquitas operata: ut veniat ſuper nos omnis ſanguis: qui effuſus eſt & deinceps effundetur. *Tertium Exemplum.*

Exempl. III. Balæus præterea talem hiſtoriam, ex Ceſtrienſe refert, Robertus Lincelmenſis, cognomine *Capito*, cum *Innocentii IV.* avaritiam, faſtus tyrannidem, & alia ejus tetra vitia, tam viva voce quam ſcriptis improbaret & reprehenderet: fuit

fuit ab eo excommunicatus, & ad curiam citatus, atque injuſte damnatus: à quo appellavit ad Judicem Chriſtum. Narratque Ceſtrienſis, quod obeunte Lincolmenſe, audita ſit vox in curia Papæ clamans: veni miſer in judicium, repertusque ſit ſequenti die Papa in lecto examinis ac livida in eo plaga, tanquam fuſte percuſſus eſſet. Accidit hoc Neapoli Anno 1253. *Quartum Exemplum* eſt de Magiſtro Teutonicorum. *Quintum Exemplum* tangit templarios equites. *Sextum Exemplum* memorabile inſuper eſt, & ad hanc noſtram materiam ſpectans, quod *Buchananus* ita refert: *Joannes Cameronius Glaſcuæ Epiſcopus* in ſuæ deditionis (quæ inprimis ampla erat) agricolas, multa crudelitatis & avaritiæ exempla ipſe ediderat: Multa per eos, quorum in manu ſumma rerum erat, prodenda curaverat, ut Dominis iniquo judicio circumventis, bona ad eum redirent: omniumque, quæ populariter fiebant, malorum aut auctor aut fautor credebatur. Ejus Viri dignum vita nefarie acta fuiſſe tradunt exitum. Pridie natalem Chriſti, cum in villa quadam ſua, ad ſeptem millia paſſuum, a Glaſcua diſtante, quieſceret: vocem ingentem audire viſus, ſe ad tribuunal Chriſti, ut

Exempl. IV.
Exempl. V.
Exempl. VI.

cauſam diceret, vocantis. Ex ea repentina perturbatione ſomno excuſſus, famulos excitat, illatoque lumine aſſidere jubet, ipſe libro in manu ſumto, cum legere incepiſſet. Eadem iterum vox omnium animos ſtupore defixit: deinde cum longe vehementius atque terribilius inſonuiſſet: Epiſcopus ingenti gemitu edito, lingua exerta mortuus in lecto eſt inventus. Hoc (pergit Buchananus ibidem) tam perſpicuum divinæ ultionis exemplum, ut neque temere affirmare, nec refellere eſt animus: ita cum aliis ſit proditum, & conſtanti rumore pervulgatum, omittere viſum non

Exempl. VII. eſt. *Septimum Exemplum* non minus memorabile, hoc modo refert idem Buchananus. Eo anno (is fuit 1526.) Patricius *Hamiltonius* è Johannis Ducis Albini ſorore & fratre comitis Araniæ natus, Juvenis ingenio ſummo & eruditione ſingulari, conjuratione Sacerdotum oppreſſus, ad fanum Andreæ, vivus eſt crematus. Non adeo diu poſt ejus ſupplicium animos hominum conterruit Alexandri Cambelli mors. Is erat è ſodalitio Dominicanorum, & ipſe magno ingenio Juvenis, & eorum qui Thomæ Aquinatis ſectam imitantur, inter Eruditiores habitus, Cum eo

Pa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Patricius de Scripturæ Sacræ interpretatione ſermones ſæpe contulerat: ac diſſerendo eo perduxit, ut omnia prope capita, quæ tum habebantur paradoxa, vera fateretur. Nihilominus Alexander vitæ quam veri cupidior à ſuis perſuaſus, eum publice accuſavit. Patricius ut erat natura vehementior, hanc hominis ambitioſi pravam gloriæ captationem ferre non potuit: Sed palam exclamavit: Ego te hominem nequiſſime, qui, quæ nunc damnas, ea vera eſſe ſcis & paucis ante diebus apud me es confeſſus, ad tribunal Dei vivi in jus voco. Qua voce Alexander perturbatus, nunquam ex eo die compos mentis fuit: ac non multo poſt inſania conflictatus, mortem obiit. Hæc ſunt potiora iſtius ad tribunal Chriſti appellationum teſtimonia.

§. 9. Harsdorffer & memorabilem refert hiſtoriam, quam ut retulit, huic operi inſerere operæ pretium arbitramur: & eſt CXCII. p. 341. in ſeinem Schauplatz Luſt- und Lehr-reicher Geſchichte zu Lübeck (loquemur lingua, qua autor locutus) in der berühmten Handel-Stadt/ hat ſich zugetragen/ daß in Andreas Beverdes Behauſung auf dem Klingenberg (da itzt Bert Reuters Erben wohnen) eine Kagel Exempl. ex Harsdorffero.

mit

mit Perlen geſticket / verlohren worden. Der Verluſt wurde hoch gewürdiget; der Argwohn war mehr auf einheimiſche als fremde Diebe/ und iſt derjenige/ ſo den Verluſt hat/begierig zu wiſſen/und zu erforſchen/ wer ihm ſolches entwendet/ deswegen auch ihrer viel zu Zauberern gehen / und das verlohrne wieder zu gewinnen / ihre Seele und Gewiſſen verletzen / indem ſie dem Satan Glauben zuſtellen. Es arbeitete im beſagten Hauſe ein Handwercks-Mann / der den Herrn Beverd zu Gevattern gebeten / und auf dieſen kam der Verdacht. Er wurde darüber zur Rede geſetzet / und befraget / ob er nicht der Haußdieb/welcher die verlohrne Perlen entwendet: die unerwartete Frage kam dem unſchuldigen Menſchen frembd vor/ und erblaſſete/ ja verſtummete gleichſam darob / welches der verluſtigte Theil für eine ſtillſchweigende Bekäntniß angenommen/ihn in Verhafft bringen/und alldar auf die Marter-Banck werffen laſſen. Die Rechte haben nicht ohne gute Urſachen verordnet / daß man nicht haſtig mit dergleichen Ubelthätern verfahren / und die Erhebligkeiten des Verdachts genugſam erwegen ſolle/ damit niemand aus Furcht oder Schmertzen bekenne/ was nicht iſt; wie allhier dieſer vermeinter Ubelthäter gethan/ der die That geſtanden/flehendlich um ſein Leben

bit

bittend / weil er des Herrn Richters Gevatter / daraus dieſes Mannes Einfalt abzunehmen. Der Richter / welcher zugleich Anklåger war / auch ſagte / daß er keinen Dieb fůr einen Gevattern erkante / und daß eine ſolche Freundſchafft ein Ende / er můſſe henken / und da helffe keine Gevatterſchafft ꝛc. Hierůber betrůbete ſich der Geångſtigte ſehr / und ſagte / daß er unſchuldig / und ſeinem Gevattern nichts veruntrauet hatte. Solche Bekåntniß war zu ſpat / und bereit ſein Urtheil verfaſſet / welches ſich durch ſolches Einwenden nicht hintertreiben ließ. Als nun dieſes ſein Urtheil fůr Gericht ihm vorgeleſen wurde / und keine menſchliche Rettung ſeines Lebens verhanden / hat er mit dieſen Worten dem Richter zugeſprochen:

Herr Gevatter / weil ich ja ſterben ſoll und muß / ſo forder ich euch in vierzehen Tagen fůr dem geſtrengen Gericht GOttes zuerſcheinen / da ſolt ihr mir wegen dieſes meines unſchuldigen Todes zu Recht ſtehen.

Hiermit wurde er fortgefůhret / und mit dem Strange vom Leben zum Tode verurtheilet. Wenig Tage hernach hat man die verlohr-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

lohrne Kagel hinter einer Banck gefunden/ um welcher willen der Unſchuldige ſterben müſſen. Hierüber iſt dem Bürgermeiſter das Unrecht zu Hertzen gegangen/ und hat ſich ſehr betrübet/ wegen der herzunahenden Zeit/ daß er für dem Richterſtuhl GOttes zu erſcheinen geladen worden. In dieſer Traurigkeit findet ihn ſein Diener/ der etzliche Schulden einzubringen/ verreiſet geweſen/ und von dem Handel nichts gewuſt; dieſer fragte ſeinen Herrn/ was er für ein Anliegen/ und ob er ihn wieder frölich machen könte. Ach nein/ ſagte der Herr mit tieffgeholten Seufftzen/ du kanſt mir nicht helffen/ dann ich bin für GOttes Gericht von einem Diebe geladen worden / da muß ich ſelber kommen/ und ſchwere Rechenſchafft geben. Der Diener hielte das für eine Einbildung/ und ſagte/ daß er ihn wolte ſchadloß halten/ ſich ſelbſt zum Bürgen zu ſetzen/ und die Gefahr gegen einem neuen Kleid vom Leidiſchen Tuch auf ſich nehmen. Wohl/ ſagte der Herr/ gehe hin/ nimm von dem beſten/ ſo in meinem Hauſe verhanden iſt/ denn dieſer Bürgermeiſter mit Tuch gehandelt/ und du ſolt für mich erſcheinen. Wie dieſer Vertrag gemacht/ lieſſe Herr Geverds ſeine Befreundte und Nachbarn zu Gaſte laden/ ſich zu freuen/ daß er einen Anwald gefunden/ der ihn in einem ſo gefährlichen Stande ver-

vertreten wolte. Der Diener iſt luſtig mit geweſen / und nach geendigter Mahlzeit iſt er gleich anderen zur Ruhe gegangen / und hat ſich ſeiner Bürgſchafft wenig erinnert. Um Mitternacht aber iſt ein groſſes Gepolter und Gerumpel in beſagten Dieners Kammer gehöret worden / daß alle Schlaffende davon erwacht / keiner aber aus Furcht ſich erkühnet zu ſehen / was da wäre. Mit anbrechenden Tage haben ſich etzliche herzu gemacht / und die verſchloſſene Kam̃er eröffnet / da ſie den Diener auf der Erden mit umgedreheten Halſe und zerqvetſchten Gliedern erwürgt gefunden / darüber ſie / und ſonderlich der Herr erſchrocken / und haben mit Schnupftüchern das an die Mauren geſprützte Blut abwiſchen wollen / aber nicht können / weil es ſich nicht heraus wollen wiſchen laſſen. Lange Jahr hernach hat in ſolchem Hauſe gewohnet Andreas Lunte / der auch im ſelben gebohren / deſſen Mutter in ihrem Wittib-Stand das angeſprützte Blut mit weiſſen Kalck übertünchen laſſen; aber das Blut iſt wieder durchgeſchlagen / und hat ſich nicht wollen weiſſen laſſen / maſſen auch noch 1608. Gert Reuter darinnen gewohnet / da es noch zu ſehen geweſen. Iſt alſo das Sprichwort (Bürgen ſoll man würgen) an dieſem Handels-Diener redlich wahr geworden. *Eraſmus Franciſci* ille famige-

Exempl. I. migeratiſſimus Scriptor, & egregiam ſimulque memorabilem hiſtoriam habet de hac appellatione in ſua de judicio extremo Meditat. V. pag. 129. Jenes Preuſſiſche Hochmeiſter / Henrich Reßple von Richtenberg / welcher den Samländiſchen Biſchoff mit Hunger getödtet / ſchrie an ſeinem letzten Ende: **Auf / auf / den Harniſch her! ſattelt die Gäule! die Pfaffen haben mich vor GOttes Gericht geladen / ob ich mich erwehren könte.** Eximium delirium. Cui ſociamus, quæ legitur in Eraſmi Franciſci ultima parte der Seel-labenden Ruh-Stunden XI. p. 377.

Exempl. II. Im Jahr 1537. ward ein Soldat / der ein Stück Geldes bey ſich hatte / eines ſchlechten Handels wegen unſchuldig von etzlichen Geld-verliebten Richtern zum Tode verdammet / auch ſolches ungerechte Urtheil vollenzogen / damit ihnen nur ſein Geld zu Theil würde. Dieſe gottloſe Richter / welche der Verurtheilte ins Thal Joſaphat für GOttes Gericht lud / nahmen alle vier in einem Jahr ein böſes Ende. Einen erſchlug das Wetter. Dem andern ſtieß man bey einem frölichen Gelage ein kaltes Eiſen durchs Hertz. Der dritte muſte um Dieb-

ſtals

ſtahls willen / die Galgen-Leiter rücklings
beſteigen / und die Raben ſättigen. Wie-
der den vierdten finge ein hitziges Fieber an zu
wüten / und kürtzte ihm das Leben. Als
er nun ſchier verrecken ſolte; rieff er den Teuf-
fel und ſprach. Satan! was verzeuchſtu
viel? warum reiſſeſtu nicht dieſe Sele weg aus
ihrem Leibe? dir habe ich bißhero gedienet:
bin alſo dein. Ich begehre nicht in das Thal
Joſaphat zu den Soldaten.

§. 10. Hactenus ex variis autoribus hiſtorias aliqvot congeſſimus, qvæ ut nunc plenam probationem habeant, operæ pretium facturi ſumus, ſi & eas juxta criteria examinemus, juxta qvæ hiſtoria examinata vera, falſa, vel ſuſpecta apparet. Illa autem criteria in unum quaſi faſciculum congeſſit Martinus Scookius in ſua deſtructione fabulæ Hamelenſis de Exodo puerorum Hamelenſium conficto. *Prima Regula.* Fabuloſæ hiſtoriæ non ſunt eodem loco habendæ cum veris, ſive iis, qvæ ſtudio veritatis ad ejusdem lineas ſunt exactæ. *Secunda:* Scriptoribus ſuppoſititiis, & aliorum Autorum nomina mentientibus, quam ad quos re ipſa referri debent, haud temere fides adhibenda eſt. *Tertia:* Qvæ ſive per Exſcriptorum incuriam, ſive per audaciam quorundam critico-

Regulæ ad qvas hiſtoria aliqva examinari debeat Vide oculum Hiſtoriæ Clariſſ: Rœtertii Cap. VII.

rum, ſeſe gerent jum pro correctoribus bonorum Autorum, apud Hiſtoricos mendoſa ſunt, neutiquam fidei hiſtoricæ ſervire poſſunt. *Qvarta*: Illis Hiſtoricis Vir prudens non facile credat, qvibus gentile quaſi eſt, mentiri; niſi forte ea, qvæ referunt, ab aliis, quibus tanto magis fides deferri poteſt, confirmentur. *Qvinta*: Eadem cautela valeat circa hiſtoricos, qvi vixerunt, atque ſcripſerunt, iis Seculis, qvibus mendacia & fabulæ veritati prævalebant; niſi conſtet eos ſupra ætatem ſurrexiſſe, atqve averruncatis fabulis, cum judicio veritatem amplexos eſſe. *Sexta*: Circa res vetuſtas, & à memoria remotiſſimas, maxime, qvoties aut populi alicujus, aut urbis explicandæ veniunt origines, mirum quam ineptiant multi ex antiqvis & recentioribus Hiſtoricis. *Septima*: Si conſtet Hiſtoricum inter ſcribendum ſuis ſerviiſſe affectibus, atque aut amori aut odio locum dediſſe; (adde vel dogmati ſuo ſtabiliendo) fidem non merentur, qvæ ex amore alicui attribuit aut ex odio alteri detrahit, amoris ſpeciem ſæpe mentiente adulatione. *Octava*: Qvod narratur ab oculato teſte, au ab eo, qui aliorum relationes de re aliqu geſta cum judicio examinavit, verum

falſ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

falſo ſecernendo, haud facile in dubium vocandum. *Nona:* Et hanc deſumimus ex *Cæſare Baronio* Hiſtorico, licet & ille ipſe plenam menſuram inculpati hiſtorici non impleat. Non parum, inqvit, intereſt in veritate hiſtorica diſquirenda, authorum qui res geſtas ſcripſerunt, quo vixerint tempore, cujusve fuerint Eruditionis & exiſtimationis, habere rationem: Potiſſimum, ſi hujusmodi Scriptores rerum perſpectarum, ac eorum ætate editarum, pietatem & virtutem cum doctrina & veritate conjunxerint, ut plane digni ſint, qvibus fides integra adhibeatur. *Decima:* Si narratio hiſtorica loco & tempori reſpondeat, atque ab iis, qvi rei geſtæ fuerint coætanei, fuerit relata, & ſi aliquid in contrarium adduci non poſſit, exiſtimandum eſt, Scriptores duabus præcedentibus regulis ſatisfeciſſe. *Undecima:* Qvod plurium teſtimonio circa narrationem hiſtoricam confirmatur, non rejiciendum, præcedenti modo canoni ab iis ſatisfiat. *Duodecima:* Ab adverſariis circa controverſiam hiſtoricam, ſi aliquid dicatur, licet eo teſtimonio uti adverſus illos, qvamvis id poſſit eſſe falſum: nec tamen in propria cauſa aliqvis teſtis eſſe poteſt, qvod ad veritatem hiſtoricam.

Decima tertia: Cum fama fallax admodum eſſe conſueverit, qvando prudens hiſtoricus famæ judicium à ſuo judicio diſcernit, multo plus deferri debet ejus judicio, quam incerto populi rumori. *Decima qvarta*: Ut Scriptura S. infallibilis veritatis eſt amuſſis, ſic omnis hiſtoria veritati hiſtoricæ, quam ipſa ubique proponit, & ſæpe quoque ex profeſſo docet, reſpondere debet. *Decima Qvinta*: Cum Hiſtorici conſveverint plurima referre, qvæ fidem excedere videantur neqve temere ea velut falſa rejicienda ſunt, neqve etiam omnia tanqvam vera admitti debent. *Decima Sexta*: Qvodcunque fieri poteſt, & perqvam veriſimile eſt, à veritate non poteſt eſſe alienum. *Decima Septima*: Qvæ hiſtorici ſive de rebus mirabilibus, ſive de vulgatis, referunt fide magis populari, quam ſua, ea ipſa ſuſpecta haberi debent, nec temere, qvisqvis ſapit, eadem ut vera amplectetur. Hi ſunt canones, juxta qvos tanqvam Lydium lapidem relationes hiſtoricæ examinandæ ſunt. Tentabimus & juxta eas hiſtorias §. 6. § 7. § 8. & §. 9. allatas.

Judicium de prima Hiſtoria.

§. 11. Primam Hiſtoriam commemorant *Cornelius à Lapide*, *Drexelius*, *Richterus*, *Gockelius*; Duo priores ſunt Jeſuitæ

horum

rorum autem relationes utplurimum mpingunt in *regulam qvartam*, illis qvippe familiare eſt mentiri, & multa fingere, qvemadmodum hoc plurimis poſſet teſtimoniis, ſi id nunc noſtrum negotium eſſet, probari; habent & hoc commune cum *Cretenſibus & Græculis*; uterq; hac infamia notatus populus. Primi relatores hujus exempli ſunt *Nauclerus* & *Fulgoſius*; Addit *Drexelius Johannem Marianam* lib. 15. de rebus Hiſpanicis. Qvoniam & duo poſteriores idem exemplum afferunt, merito & illis fidem adhibemus. *Secundam hiſtoriam Cornelius à Lapide* quoque ex *Fulgoſio* tranſtulit. Verum Fulgoſius eſt talis hiſtoricus, qui licet in plurimis mereatur fidem, inſeruit tamen qvædam ſuæ hiſtoriæ qvæ valde ſuſpecta ſunt, ſed propter unum atque alterum nævum hiſtorici hujus autoritatem non prorſus damnabimus. Et hujus rei geſtæ autores citat *Drexelius* p. 227. *Mejerum* l. 2. Annal: & l: 17. Chronic. *Chriſtian. Mattæum*, *Onuphrii Panvinium* in Epitom: Roman: Pontific: *Fulgoſ.* lit. Exempl. c. 6. Qvi & Pontificem repente obiiſſe tradit. Verum aliquid ſuſpicionis falſæ relationis emergit; Cum *Cornelius à Lapide Clementis VI*, *Drexelius Clementis V*, ætate factum commemorent:

Judicium deſecunda hiſtoria. Fulgoſius notatur.

rent: Verum hac in re rectius ſubſcribimus *Drexelio*, quod *Clemens V.* fuerit; eum qvippe templariorum ordinem juſtis de cauſis deſtruxiſſe tradit *Genebrardus* l. 4. Chronol: p. 1009. &c. Unter Käyſers Alberti Regierung iſt der Orden der Tempel Herren / auff einen Tag in gantz Franckreich vertilget worden / faſt wie man ſchreibet von denen Pythagoricis, daß ſie etwan in Magna Græcia auff einer Zeit alle mit einander erſchlagen ſind. Babſt Clemens dieſes Namens der fünffte / und König Philippus Pulcher in Franckreich hatten ſich darüber mit einander vereiniget / und mit wunderbarlichen Liſten ihre Anſchläge wieder die Tempel Herren alſo gemachet / daß ſie die Sache biß auf den letzten Tag / da das würgen geſchehen iſt / heimlich gehalten haben. Chronic: Carionis lib: 5. p. 864. Templarii in gratiam Philippi Regis hæreſeos condemnati, & uno quaſi momento exciſi: Lutetiæ L: combuſti: *Jacobus Burgundio*, ordinis Princeps cremandus, Pontificem ob injuſtam in ſe ſententiam latam ad Dei tribunal vocavit, qvi & dicta die XL. deceſſit, cum paulo ante nepotem ſuum,

quem

qvem multum diligebat, ſenſualiter, Mago quodam ſacris operante, in locis inferni cruciari vidiſſet. Hic Papa fuit *Clemens V. Morn:* in Myſt: p. 965. Ex *Anton: Flor:* in compend: Hiſtor: Univ: *Fellers* c. XXI. Sect: 2. p. 301. 302. & hanc hiſtoriam commemorat *Carolus* von Hagen/ Inſtitut: Juris Prudent. Public: l. 1. c. IV. p. 103. Ex his palam eſt *Cornelium à Lapide* errare in nomine. Et hunc Clementem V. Pontificem & ab alio dicto Gualtero ad tribunal Dei eſſe citatum commemorat *Drexelius* ex *Raphaele Volaterrano* Anthro. l. 21. Quare & relatio de Clemente Pontifice in nullum impingit canonem. *Tertiam hiſtoriam* aſſerit *Drexelius* ex Johanne Abbate in vita Euſtachii c. 6. quem & Euſtachio coævum fuiſſe tradit. *Qvartam hiſtoriam* probat *Drexelius* ex *Olai Magni* l. 14. hiſt: Aquil. c. 20. Et ex eo hanc hiſtoriam citat *Harsdörffer* Hiſt: LXX. p. 251. Schauplatz Luſt und Lehrreicher Geſchichte. *Sextam* Drexelius ex Fulgoſio l. 1. c. 6. adducit. *Septimæ hiſtoriæ* juxta *Drexelium* & *Harsdorfferum* autor eſt *Æneas Sylvius* hiſtor. Europ. c. 43. fine capitis, & hinc deſumſit *Cornelius à Lapide*. Huic autem Hiſtorico, qui poſtea ipſe pontifex evaſit, noſtrates mediocrem autoritatem tribuunt, & in mul-

Judicium de tertia hiſtoria & ſequentibus.

Judicium de Ænea Sylvio.

multis fidem adhibent, licet interdum & ſuos habeat nævos. *Octavam* narrat *Gregorius Turonenſis* l. 5. Hiſt. Franc. c. 86. citante Drexelio. *Nonum exemplum* habent ambo Jeſuitæ, *Cornelius à Lapide* citat qvendam *Johannem Pauli*, *Drexelius* ſcribit in margine hujus hiſtoriæ, à Chronicis Britannicis hauſit *Petrus Matthæus* Seqvanus J. U. D. in lectione de Judicum vero & neceſſario officio, in ferendis ſententiis. *Decimum* probat *Drexelius* ex *Gennadio* de Script: Eccleſ. c. 92. *Gregorio Turonenſi* l. 2. hiſt. Franc. c. 23. Baron. Anno 486. poſt illum *Henricus Spondanus*: eodem anno undecimum exemplum probat *Drexelius* ex *Joanne Moſcho* c. 35. & *Surio* Tom. ult. die 5. Xbr. in vita S. Sabæ, verum Surius eſt autor ſuſpectæ fidei, multisque fabulis ſuam hiſtoriam deformavit: iſtius furfuris eſt, quod tradit de Calvino, quem hæreſium ſuarum culpa ultorem Deum expertum & hac pediculorum animadverſione fœdiſſima morte ſubiiſſe, ut commemorat Surius in commentario teſte *Simone Majolo* Colloqu: 5. p. 136. Dierum canicular: Sed cum rem ſic geſtam & alii hiſtorici teſtentur, illam hiſtoriam in dubium non vocamus. Deus vero ita in ſomniis terribili voce afflatus eum: En ob perverſitatem

Surio non in omnibus credendum.

fidei

fidei tuæ, XVI. tibi vitæ annos deleo, prohibitum qvoqꝫ ab eodem, ne Juſtino & Juſtiniano noceret, fore ut uterqꝫ ſuo tempore Deo inſerviat. Periiſſe fertur fulmine, etſi exitus illius ex oraculo præſcius in ædificio Tholoto ſeſe, qvo evaderet, continuiſſet. *Fellerus* in compendio Hiſt. Univerſal. c. XI. Sect. 1. Ann. 492. *Caſſiodor.* in Chronic. *Zonar.* in Anaſtaſ. *Duodecimum exemplum* probat *Drexelius* ex *Krantzio* l. 4. Metropol. c. 4. Ex *Godſchalco* Serm. 16. l. 1. parte æſtivali. Verum Krantzio hac in re fidem habemus. Hicqvippe vult videri ſincerus, & ab omni labe mendacii purus: Hoc nomine admodum inſectatur antiquiores ex Gallia hiſtoricos lib. 1. Saxon. c 17. p. 41. Sed quid faciemus inquit ſuperbiæ Gallorum, qvi fabellas tales adorant in gremio, nec tamen infructuoſum erit errores dimovere, in qvibus commemorandis magno affectu ſe Gallici Scriptores ſonoros & eſſe putant & gloriantur. Et hæc verba ex Krantzio adducit Scookius a. l. p. 62. Decimum tertium exemplum Drexelius afferit ex *Matthæo Radero.* Volum II. Bavariæ tantæ è literis Pontificis m. p. 185. *Decimum Qvartum* Cameracenſis ProEpiſcopus, teſte Drexelio narrat. *Decimum Qvintum* recenſet *Flo-* Kranzii judicium de hiſtoricis Gallicis. Hiſtoria XV. ſuſpecta.

rimundus Remundus Regis Galliarum Conſiliarius vel de ortu hæreſeon c. 20. N. 6. ſeu fine, verum hæc hiſtoria mihi præprimis ſuſpecta eſt propter cauſam, quæ cacodoxa & verbo Deí contraria, & ad eam probandam Deus nunquam conſenſit. Princeps quippe & in ſua diœceſi vel territorio ſimul qvoqve eſt Epiſcopus Eccleſiæ, ſed non eſt hujus loci hanc controverſiam ventilare: Vide præter alios Brautlach. l. IV. c. VI. ſſ. 2. p. 131 132. & l. V. c. 1. ſſ. 7. 8 p 139. 140 §. 22. p. 144. Et adde additionem ad h. §. fiet forſan alias. *Decimi Sexti* teſte *Drexelio*) autor eſt *Krantzius* l. 13. Vandal. c. 2. & huic habemus fidem. *Decimum ſeptimum* commemorat *Lambert. Schafnaburgenſis* in ſuis annalibus cum Abbate Urſpergenſi & Rheginone Argentorati editas p. 466. Baron. Tom. II. Ao. 1059 N. 81. & 82. vixit quidem hic Lambertus ſeculo tali, de qvo Bellarminus in Chron. ann. Catal. Script. Eccleſ. è regione anni 790. Vide Seculum infelix, in qvo nulli Scriptores illuſtres, nulla concilia, Pontifices parum ſolliciti de Eccleſia, verum ſupra Seculorum injuriam aliqvatenus ſe ſuſtulit prædictus hiſtoricus, propterea non omnem fidē ipſi derogamus: Licet hoc certum ſit: qvod juxta Seculorum mo-

Lambertus Schafnaburgenſis Scriptor fidei mediocris.

mores autores æſtimandi ſint. *Decimum Octavum exemplum* teſte Drexelio commemorant *Conradus* in Chronic Moguntino, *Lipſius* 2. Monit. Politic. c. 11. *Decimi Noni* autorem citat *Thomam* Canti. prat. l. 2. de Miraculis ſui ævi c. 35. toto *Drexelius.* Et huic hiſtoriæ fidem adhibeo, cum Pontificius de Pontificiis ſcribat &c. *Viceſimum Exemplum* ipſe Drexelius facit controverſum in margine ſcribens: *Petrus Damianus* tomo 1. Epiſt. XV. m. p. 113. at vero *Cæſar Baronius* Tom. 10. Anni 973. Damianum refellit, negatque Otthonis connubium male contractum, & à filio patre anathemate percuſſum. Ego inter duos Cardinales arbitrum agere non poſſum, à parte Baronii ſtare malo. Hæc monere debui ne quid damni pateretur veritas. *Viceſimum primum* legitur in *Drexelio* & *Harsdorffero*, uterq; citant *Guilielmum Ferdinandum ab Efferen* in ſuo manuali Politico de ratione ſtatus ſeu, idolo Principum l. 5. Part. 3. p. 382. & hic autor meretur fidem. Sic viginti hiſtorias vel teſtimonia pro appellatione ad vallem Joſaphat ex fide dignis Scriptoribus aſſeruimus: unum nobis in hac hiſtoriarum ſerie ſuſpectum eſt, & qvidem quod Decimum quintum locum occupat, illud *Florimundus Remundus*

ad

ad fulciendam papalem autoritatem vel juriſdictionem in omnium terrarum Eccleſias commentus eſt: Et qvoniam hæc hiſtoria innititur falſo dogmati, etiam per ſe falſa eſt. Et impingit hæc fabula in canonem ſeptimum, neque & canoni nono conformis eſt. Reliquas hiſtorias, qvas ex *Richtero* §. VIII. adduximus, jam quoqve ad examen revocabimus: Hiſtoriæ, quarum autorem *Buchananum* facit *Richterus*, plenam merentur fidem & aſſenſum, Buchananum quippe hactenus tanqvam probatum hiſtoricum & fide dignum Scriptorem Eruditi æſtimarunt. Neque hiſtoria ullo modo ſuſpecta eſt, quam Harsdorffer commemorat. Ultimo loco conſiderabimus Hiſtoriam, quam ex Balæo citat Richterus, hanc etenim falſam eſſe vult *Johannes Adamus Oſiander* in ſua Theologia caſuali p. 972. Male denique tanquam, inqvit, memorabile exemplum proponunt Pontificii illud ex *Thom. Cantipratenſi alias Crabantino in lib. apum* Ceſtrenſis etiam l. 7. tradit Innocentium quartum à Rob. Groſſeteſt dicto Cincolnienſi, famigerato illa ætate Philoſopho, qvem excommunicarat, & ille ad Deum Judicem provocarat, Pontificem ad Dei tribunal citans, mortuum, quo die

Quid de hiſtoria Richteri ſit ſentiendum ex Balæo adducta

mor-

mortus eſt *Robertus*, auditamque hanc in Pontificia aula vocem. Veni miſer ad judicium, repertumque ſeqventi die Papam in lectulo exanimatum, ac lividam in ejus latere cruentamque plagam, ac ſi fuſte percuſſus eſſet, & id accidiſſe Ann. 1253. cui conſentiunt *Matthæus Pariſienſis*, *Johannes Burienſis* & alii Britannici Scriptores: quorum hoc commentum puto ab hæreticis vel ſchiſmaticis eorum operibus fortaſſis inſertum. Nam Neapoli hunc Innocentium in expeditione contra Manfredum mortuum ſcribit *Nauclerus*, parum Pontificibus addictus Chronic. fol. 2. generat. 42. & non meminit talis citationis ut nec *Platina* (non relicturus) nec *Monachus Paduanus* nec *Paulus Langius Cygnelus Monachus Bozanienſis* ſed perfidus hæreticus; nec alter hæreticus *Mutius* in Chronic. Germanor. Nec ex Catholicis qvod ſciam gentium aliarum qvisqvam; Non *Onuphrius*, nec *Maſſonus*, nec *Ricordanus*, nec *Epiſcopus Ebienſis*, nec *Volaterranus*, nec *Flavius Blondus*, qui accurate de morte & anno mortis ejus conſentiunt, & omnes fatentur Eruditione, juſtitia, Sanctitate Innocentium IV. excelluiſſe. Relinqvat igitur prudens Lector fabellam de Innocentio IV. Britannis, ut ad Artu-

ri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ri rotundam menſam ſvaviter ea fruatur Balæus, non tam ingenioſus quam impius ſimilium dramatum fabricator. Hactenus *Oſiander*. Cadunt ſic duæ hiſtoriæ in hoc recenſu Hiſtoriarum, prima qvæ eſt decima quinta juxta *Drexelium* & ſecunda in recenſu *Richteri*, mihi autem omnium ſuſpecta eſt decima qvinta Drexelii; Nam qvod attinet ad Balæi relationem, cum à latere ejus ſtent Britannici, & alii quidam Meretricis Babylonicæ Scriptores, illa mihi non ſuſpecta eſt, nam licet iſtius non meminerint ab Oſiandro citati Authores, exinde falſi argui non poteſt. Neque obſtat, quod Neapoli mortuus ſit, nihilominus vox illa Romæ in Palatio Papæ audiri potuit: Neque ab hac citatione ipſum abſolvunt, quod eruditione, juſtitia & ſanctitate excelluerit; quippe Sanctitas Pontificum nunquam ſincera eſt, cum fundetur cacodoxis dogmatibus. Nulla Sanctitas vera & ſincera, niſi illa, qvæ habet fundamentum orthodoxam doctrinam: Qvemadmodum Turca devotus cultor ſui Muhamed non poteſt dici vere & ſincere ſanctus, cum deſtituatur vero veræ Sanctitatis fundamento, qvod eſt fides in Chriſtum & confeſſio individuæ Trinitatis

Sanctitas cum heterodoxia conſiſtere nequit.

tatis

tatis. Sic nullus Pontifex veram & adæquatam orthodoxiæ Sanctitatem poſſidet, illa qvippe Sanctitas, qva videntur quodammodo excellere, heterodoxis imo hæreticis dogmatibus conformis eſt; ſed data falſa norma normante, ad qvam exigitur normatum, etiam normatum falſum. Idem ſentimus de Juſtitia, qva præditum Innocentium volunt ejus Gnathones. Alia etiam eſt juſtitia ſimulata, alia vera. poſito, quod fuerit juſtus in plurimis actionibus, tamen in iis nullam juſtitiam præ ſe tulit, quod propter juſtam reprehenſionem Robertum excommunicaverit. Sic & Herodes amore proſequebatur Johannem, & lubens ipſum audiebat, quamdiu in theſi concionabatur, verum cum ipſum inceſtus accuſaret, & ſermone ſuo Herodem feriret, gratiam perdidit Herodis. Sic & *Innocentius Roberto* ſuccenſuit. Et ut Richtero hoc in puncto ſuccurramus, integrum hiſtoriæ contextum vel rem geſtam quemadmodum eam tradit *Fellerus* in compendio Hiſtoriæ univerſalis c. XVIII. Sect. 11. p. 283. huic loco inſeremus. Romæ *Innocentius* IV. (inqvit) contra Conradum ampliſſimas indulgentias propoſuit, ut ſi quis contra eum ſignaretur, ſignatus & ſi

gnati

gnati pater & mater omnium peccatorum ſuorum veniam conſequerentur. Richardum Anglum magnis promiſſis evocabat, ſed ipſe ajebat: idem eſt ac ſi quis diceret, vendo vel do tibi Lunam, aſcende & apprehende eam. Idem Robertum Epiſcopum Lincolnienſem, qui Romanorum malleus & contemptor dictus fuit, perſecutus eſt. Cauſa, quod ſe Anti Chriſtum diceret & palam profiteretur: Si Pontificis emiſſariis cuſtodiam mandarem animæ, ſatanizarem, & porro Papam deſcribens, ejus avaritiæ totus non ſufficit mundus; ejus luxuriæ meretrix non ſufficit omnis. Hæc vivus mortuus etiam illi apparuiſſe fertur, vel potius ſpectrum, & poſtquam exprobraſſet, quod oſſa ejus ex Eccleſia ejicere conſtituiſſet, vulnus lethale inflixit, ex quo & obierit, ſub mortem audita vox: *veni miſer ad judicium Dei! Fellerus* citat *Matthæum Pariſienſ.* & *Mornæum in Myſt. iniqvitat.* Et quid adeo gloriantur Papicolæ de hujus *Innocentii IV.* virtute, cum ſe Cæſari oppoſuerit, & de primatu ipſi litem moverit, imo ipſum Cæſarem, probavit potius contrarium, quippe Cæſar Fridericus dignitate imperiali exutus, omnia vaſtavit incendio. Sic primo falſum eſt, quod referant Gnathones

Innocentius IV. qualis fuerit.

thones de virtutibus ejus. Præterea ejus tempore factiones Guelphorum & Gibellinorum, ut & diſſenſiones inter juris canonici, qvod autore *Gratiano* prodiit, & juris Romani, qvod *Irnerio, Bulgarus, Azo, Accurſio, Bartolo, Baldo* commentariis ſuis illuſtrarunt, cultores gliſcere cœperunt. Caput & eo tempore extulit Theologia Scholaſtica, qvæ & in varias ſectas abiit. Has & ſimiles diſſenſiones, factiones, rebelliones fovit Papa, & omnium diſſidiorum fax & tuba fuit *Innocentius IV.* ita ut ejus factis optime quadrent, qvæ *Robertus* de eo ſcripſit. Sic & non dubium quod Robertum talia ſcribentem ſuo fulmine anathematis percuſſerit, hic ejusmodi fulminis ictus ad Dei tribunal ſuum ſumſerit refugium, Papamq; ad illud citaverit. Tantum pro veritate horum teſtimoniorum in medium protuliſſe ſufficiat. Vidimus & hactenus ea, qvæ S.S. autoritate & hiſtoriarum fide pro appellatione ad tribunal JeſuChriſti pugnant: Jam vertimus velum & paucis etiam conſideraturi ea, qvæ videntur hanc citationem ad tribunal Chriſtianis & vere piis diſſuadere in calamitatibus & miſeriis, qvæ vitam humanam inquietant, & præcipue pios premunt ad Deum confugere; ipſe eſt ipſius beni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

gniſſimi Patris & Miſericordis Dei juſſu neque in tali refugio qvicqvam Deo contrarium molimur; optime David *Pſalm. XVIII. v. 2: Dominus petra mea, propugnaculum meum, & ereptor meus, Deus meus rupes mea, illo nitar, clypeus meus, cornu ſalutis meæ, arx mea.* Sed hoc ſolum in quæſtionem venit: ut ſi qvis atroci injuria affectus & contra eam vindicandam neque judex adeſſe velit aut poſſit. Vel & injuſte ad mortem damnatus: à Judice terreno appellare poſſit ad tribunal Jeſu Chriſti Judicum Judicis, & qvidem definiendo diem, qvo citatus ſeſe Judici Cœleſti ſiſtat, quemadmodum vidimus factitaſſe illos, qvorum mentio facta eſt in allatis §. 6. 7. 8. 9. hiſtoriis iſtius ſententiæ aſſertionem huc usque commemoravimus, jam autem negativam expendemus, deniq; brevem Epicriſin (Deo volente) ſubnectemus.

An dentur revera Athei?

§. 12. Illi autem homines, qui omnem religionem & Dei cultum ſusq; deq; habent, procul dubio rident hanc citationem, nam qvemadmodum Deum non admittunt, multo minus aliquod judicium Divinum dari concedent: Dicuntur communi vocabulo *Athei*, qvos deſcribit David in *Pſalmo ſuo XIV. Dixit ſtolidus in corde ſuo: non eſt Deus.*

An

An autem in rerum natura exiſtant vel unqvam exſtiterint, qui Dei vel Numinis alicujus exiſtentiam ore & corde ſimul negarint, adeo ut vere fuerint Athei non immerito hoc loco expendimus? Audiemus primo de hoc qvæſito more ſuo i. e. erudite & nervoſe diſſerentem D. D. *Wiſſenbach* Diſput. III. § 6, p. 21. m. J.C. etiam religio pietas erga Deum eſt juris naturalis Rom. 1. & 2. & Cicero 3: Tuſculan. qvæſt. inquit: Nulla gens eſt tam fera, nemo omnium tam immanis, quem non imbuerit Deorum opinio, nullin e ergo ſunt Athei? Reſp. Si ignorantiam puræ negationis ſpectemus, nulli dantur Athei: at multi dantur, ſi ignorantiam pravæ diſpoſitionis, Pſ. XIV. v. 1. dicam clarius. Non eſt homo, qvi neſciat eſſe Deum, & licet multi hoc negent ore, corde tamen negare non poſſunt: quia tametſi conſcientia ipſorum ad tempus dormitat, tandem tamen evigilat, nec permittit, ut formatis ſyllogismis ſtatuant nullum eſſe Numen. Audacior aut effrenatior Numinis contemptor non fuit C. Caligula ſed eo miſerius nemo trepidavit, cum aliquod iræ divinæ judicium ſe proferebat: *Sveton. in Caligula c.* 51. Hactenus famigeratiſſimus Themidos Myſta. Hinc eti-

Negatur;

am Atheus diſtinguitur in indirecte ſeu interpretative talem, isqve Practicus & ſpeculativus, vel directe talem, hic vel externe (1.) contradicens & diſputans (2) negans interne, hic *primo* vel ignorans, (2) dubitans, (3) opinans, (4) certitudinem affectans, &c. *Cornelius à Lapide* in Comm. ad Hebr. XI. v. 6 ſi quis Atheus aut Politicus putet, Deum non curare res humanas, non punire malos, nec præmiare bonos. Atheiſmus & Politiciſmus DEum tollit. Qvicqvid tamen ſit, ſubſcribimus *Johanni Adamo Oſiandro* in ſua Theologia caſuali p. 310. ſcribenti: Atheos ſpeculative tales tamen nullos dari, aut dari poſſe, quin in intellectu certi ſint, & fixam habeant ſententiam fictitiæ cujusdam Numinis exiſtentiæ per integrum vitæ curriculum ſine ullo languore impietatis, aut interciſione cogitationum pravarum, ita ut penitus perſuaſi ſint, acquieſcente etiam interiori ſenſu & conſcientia non eſſe Deum. Qvod patet ex tam profunde impreſſa notitia de Numinis exiſtentia, ex tam firmiter infixo Deitatis ſenſu, Deum enim eſſe Φανερὸν, manifeſtum eſt in ipſis etiam gentibus Rom. I. v, 19. neque tantum poteſtatis habet

Oſiandri de Atheis ſententia

homo

homo in ſeipſum, ut expungat quod Deus inſerit, deleat qvod inſitum, exlegem ſe faciat & ſuo vivat arbitratu; Secundo obſtat conſcientia, qvæ ſe vindicat, utut ſoporata, & evigilat, atqve recogitando male facta ad judicem pallet, ſuperiorem agnoſcit, tremit, nec illius criſin declinare poteſt; Tertio jugiter qvoque hoc univerſum Deum nobis ſiſtit, & ad ſupremum Numen manu ducit, nec Atheus poteſt effugere, ut non aliquando hoc opificium moveat internum ſemiſepultæ mentis ſenſum, & conceptum inſitum de Deo titillet, cogitare faciat, tantæ molis opus eſſe, profectum non temere aut fortuito à qualicunque cauſarum confluxu, ſed à Sapientiſſimo, Potentiſſimo & Benigniſſimo Numine, qvale non eſt, niſi verus & æternus Deus. Hactenus ille. Verum illa innata notitia Dei, qva omnes omnino homines gaudent, fundatur in impreſſa menti humanæ idea Dei, qvemadmodum recte defendit noſter *Carteſius*, de qva alias: Hic noſter diſcurſus de Atheis iſtuc collimat, quod nunquam exſtiterit homo, vel exiſtere poſſit, cui non annunciatio illa provocationis ad tribunal JeſuChriſti tremendum pallorem & angorem incuſſerit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Merentur hic locum, qvæ habet *Calvinus* qui licet cacodoxus, tamen quoad hoc punctum cum ſana qvædam proferat, inſeremus: Tametſi inqvit lib. 1. Inſtit. c. III. p. 4. cum enim extiterint olim nonnulli, & hodie non pauci emergant, qui Deum eſſe negent: velint tamen nolint, quod neſcire cupiunt, ſubinde ſentiscunt. Nemo in audaciorem aut effrænatiorem Numinis contemptum prorupiſſe legitur, quam C. Caligula, nemo tamen miſerius trepidavit, cum aliquod iræ Divinæ judicium ſe proferebat. Ita Deum quem ſtudebat ex profeſſo contemnere, invitus exhorreſcebat. Hoc paſſim ejus quoque ſimilibus evenire videas. Ut enim quisque eſt audaciſſimus Dei contemptor, ita vel ad folii cadentis ſtrepitum maxime perturbatur: unde id niſi ex Divinæ Majeſtatis ultione; qvæ illorum conſcientias eo vehementius percellit, qvo magis eam refugere conantur? omnes qvidem latebras reſpectant, qvibus ſe abdant à Domini præſentia, & eam rurſum ex animo ſuo deleant: ſed velint nolint, irretiti ſemper tenentur. Utcunqve interdum videatur evaneſcere ad momentum aliqvod, ſubinde tamen recurrit, & novo impetu irruit. Ut ſi qva illis remiſſio eſt

à con-

conſcientiæ anxietate, non multum
ſſimilis ſit à ſomno ebrioſorum aut
hreneticorum, qvi ne dormientes qui-
em placide conquieſcunt: quia diris &
orrificis inſomniis continenter vexan-
ur. Ergo impii qvoque ipſi exemplo
unt, vigere ſemper in omnium homi-
ıum animis aliquam Dei notionem.
Qvod ſi ita impreſſa ſit hominum men-
i, ut revera eſt, Dei notitia ex aliqva
nſcripta idea profluens, qvo horrore er-
o homines percellantur, & qvam tre-
ident, ſi ad ejus tribunal provocentur,
ui adeo conſcientiam alicujus ſini-
træ actionis conſciam feriat, facillime
ecum concludere valet. Hinc arbitra-
nur, multos audita ad tam tremendum
Dei tribunal provocatione tam horribi-
em horrorem timoremque concepiſſe,
ıt eum nunquam rurſum ex mente ſua
eliminare vel delere qviverint, præſer-
tim ſi alicujus culpæ vel criminis con-
ſcii, & talis conceptus timore horrore-
qve mixtus illis hominibus mortem ac-
celeravit; nam cum in animis illorum
radicem egerit talis pavor, fuit inſtar ve-
neni, quod tabe lenta corpus abſumit,
ſic & pavor, qvoties memoria ſubit ta-
lis provocatio, hominis vitæ inſidias
ſtruit, paulatimque exſtinguit. Qvan-
tam vim habeat phantaſia in animali-

umgeneſi, ut ab ea maximam partem etiam dependeat illorum formæ diſpoſitio & modificatio. Nec minorem vim habet vel exercet timor, quem horror comitatur, quemq; fovet conſcia mens mali in ſpiritus vitales, inq; tali ſeſe ſemper mœror timori tanquam individuus comes ſociat: Hinc concludimus & contingere poſſe, ut homo ad tribunal Dei tremendum provocatus hiſce paſſionibus animæ nimius immerſus ſeſe conficiat, horamque mortis acceleret citius, qvam cæteroqvin ipſi moriendum eſſet: timor & triſtitia ſunt tales paſſiones, qvæ continenter vitam depaſcunt, donec prorſus flamma illa vel lampas vitalis exſtincta ſit. Nullus autem major timor eſt eo, qvam qvem menti noſtræ imprimit illa ad Dei tribunal apparitio, ad qvam nos deducit corporis & animæ analyſis, qvæ mors, qva ipſa nihil terribilius. Idcirco etiam omnium hominum obitus, quos allatæ hiſtoriæ tangunt, non ſic interpretabimur, quaſi ſemper, licet forſan quorundam tales fuerint, ex hac vita extraordinariæ & fatales evocationes, qvas Deus vi citationis ad tribunal ejus fieri ſingulari decreto permiſerit, vel ſic inevitabiliter deſtinaverit: credo eqvidem, qvod ſi

ho-

homines timori illi vel horrori rectius hac provocatione hauſto è mente eliminando medicinam adhibere potuiſſent, & mortem effugiſſent. Narrant etenim hiſtoriæ multis hominibus exinde ſtato die mortem contigiſſe, qvod forſan ab Aſtrologis vel Genethliacis ille dies ipſis fatalis fuerit aſſignatus, & hanc perſuaſionem menti ſuæ tam firmiter tamque indelebiliter impreſſerint, ut hunc diem ex hoc principio fatalem ſibi perſuaſerint, & etiam fatalem experti fuerint; ſi vero tam firmiter falſo huic principio non inhæſiſſent, aut in eo fundaſſent ſuas cogitationes, forte & neque ille dies ipſis fatalis aut emortualis eluxiſſet. Poſſemus hoc ipſum noſtrum aſſertum multis exemplis & hiſtoriis corroborare, ſi ratio inſtituti non contrarium ſuaderet. Interim animus non eſt, vel neqve huc tendit noſter ſermo, quod irritæ & inanes æſtimandæ ſint tales ad Dei tribunal provocationes, & ſic homines non interdum interveniente juſta Dei vindicta, phyſicis ex cauſis mortem duntaxat attraxerint. Dicimus contingere poſſe phyſice tale quid fiat, non autem ſemper excludimus Dei vindictam vel & ſpecialē hominum ex hac vita evocationem, quam Deus in provocatis fieri finit.

Mors ad tribunal Dei citatorum interdū phyſicas habet cauſas.

§. 13. Accedo jam ad illa, qvæ

Qvænam provocationem ad vallem Joſaphat diſſuadeant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

hanc provocationem ad tribunal Chriſti vel vallem Joſaphat, diſſuadere videntur. (1) Dei judicium advocant ante tempus ab ipſo Deo deſtinatum, nam hic cuncta rejicit in diem pantacriticum, qvo univerſum orbem omnesque incolas, tam vivos quam mortuos, imo omnes eos, qvos ſol à primo puncto ſuæ apparitionis aſpexit, usqve ad ultimum & univerſale totius univerſitatis excidium, judicaturus eſt, & ſic ratione objecti judicium univerſale dicitur, qvod non unius gentis negotia & controverſias dirimet vel definiet, ſed ut dictum, omnium gentium apparitio erit ad hoc tribunal: Et cum hoc certiſſimum ſit futurum, Deiqve juſtitia exigat tale judicium inſtituatur, male fit, ſi iſtud antevertere velimus. Et qvemadmodum hoc judex merito vitio alicui verteret, imo & in ipſum importunum ſupplicio animadverteret, ſi judex judicandi terminum præfixiſſet, aliqvis vero eum juxta ſuum arbitrium in alium diem, qui hunc terminum antecederet, traheret. Me judice, ſumma eſſet contumacia, & maximus autoritatis judicis contemptus, imo ejus ſanctiſſimi officii violatio. Exigit qvidem ſœpius malitia hominum & ſi in mora periculum, judicis offi-

officium & manum extraordinario tempore imploremus, quod vel in fuga rei vertatur periculum, vel qvod judex diſceſſum meditetur; verum tale quid non metuendum, nemo etenim Dei conſpectum vel ejus omnipotentem manum effugere poteſt; neqve hic Judex unqvam abeſt, ſed ipſum implorantibus ſuo auxilio præſto eſt. Poteſt & accidere, oblivionem judicis vel corruptionem metuamus in terris, ut propterea ſollicitemus judicem ejusqve officium; tale qvid non metuendum eſt in cœleſti judice, Deo videlicet, ut qvem neque capit oblivio, multo minus donis (quibus ſæpius terreni Judices contra expreſſum Dei mandatum, & poſthabita ejus transgreſſoribus graviſſimæ pœnæ denunciatione, vendunt jura & una innocentium animas,) corrumpitur. Poſſumus & impelli ad judicium judicis ante tempus invocandum, ſi ſit metus mutationis Judicis nam judicum vices mutantur & alternantur in quibusdam Rebus publicis: verum hic judex, qvi univerſum orbem dijudicaturus, non mutatur aut alternatur, ut vel alius proeo ſubſtituatur, vel deputetur, vel commiſſario litem dirimendi munus committatur, verum hic ſemper pro tribunali ſedet tanquam æquiſſimus & clementiſſimus judex,

dex, tam reo, quam accuſatori, tam diviti, qvam pauperi, tam Regi, quam ſervo, aures habet patulas. Qvicquid tamen ab judice terreno impetrandum eſt, ſemper fiet cum obſervantia & exhibitione honoris, animique ſubmiſſione; tanto magis noſtrarum erit partium devotiſſima mente ſupremum Judicem veneremur, & ab eo auxilium contra vim nobis inferentes imploremus, verum ſemper juxta modum, quem nos plurimis in locis docet ſacrarum pandectarum codex, multo minus ipſi præſcribemus modum quo, media quibus, tempus quando, & ſic ut ſemper à nobis exulet amor proprius vel & dilectio noſtri, ſed quicquid in hoc puncto fiet, ſemper erit verbo Dei conforme, neque ejus ſanctiſſimæ juſtitiæ præjudicabit, multo minus ejus libertati derogabit.

Petitio prima Orationis Dominicæ adverſatur provocationi ad Tribunal Divinum

§. 14. Contextus orationis Dominicæ, qvam Deus nos docuit & recitare juſſit, huic provocationi ſecundo adverſatur, primo ratione petitionis primæ: *Sanctificetur Nomen tuum*: Dei nomen inter nos prædicaretur & annunciaretur jam à Mundi origine, conſtans & ſeria Dei voluntas fuit: ſic in fine cap. IV. Geneſeos dicitur: Tum cœptum eſt invocari nomen Domini. Et licet hoc nomen

nomen Domini per ſe qvidem infinitis modis ſanctum ſit, ita ut noſtra ſanctificatione vel obſervantia nulla major ſanctitas illi advenire queat: nihilominus ſanctum illud reputare jubemur; & hæc petitio fundatur in prima tabula Decalogi, ſpecialiter in ſecundo moralis legis præcepto: Minime autem illi illud ſanctum reputant, qui ita extra ordinem Dei tribunal, ut cujus exercitium demum erit in fine ſeculi, ſollicitant; Sanctum quippe hoc nomen æſtimamus, ſi nihil committamus, quod ſanctitati hujus nominis adverſum eſt; ſic autem ſanctum à nobis æſtimabitur, ut ejus ſanctitatis quoque omnes homines participes fieri velimus, & inter eas ſanctificetur: Qvod autem inter eos ſanctificari non poſſit, vel ad minimum invidemus illis, quos ita obtorto collo ad Dei tribunal trahimus, eisque ejus injuriam imprecamur, quem ultionis gradum ſi attigerimus, prophanamus hoc ſanctiſſimum Dei nomen. Nam ſi hoc & inter inimicos noſtros ſanctificari ſinamus, quemadmodum hoc illis ſincere traditur à verbi Divini miniſtris, continget, ut inimici noſtri convertantur & reſipiſcant, ſicque effugere valeant condemnationem, cujus utique parti-

cipes

cipes fierent, ſi ſic flagranti peccatorum actione æſtuantes, labeque injuſtitiæ propter injuriam, quam nobis intulerunt, maculati & defœdati ad tribunal Chriſti raperentur noſtra intempeſtiva citatione, & qvorſum nobis hoc prodeſſe poteſt, ſi illi in infernalem rogum præcipitentur, ubi illos manet æternus cruciatus. Præſtat ſaluti inimicorum conſulere, quod fit, ſi & ſinamus inter eos hoc ſanctum nomen ad gratiam, non ad iram, ad beatitudinem, non ad condemnationem ſanctificetur. Et quidem nomen Dei ſanctificatur æqve magnifice juſtitiam ſuam exercendo, qvam gratiam indulgendo; verum nos noſtras injurias quibus nos homines afficiunt, nunquam tanti reputabimus, aut æſtimabimus, ut propter eas inimicis noſtris Dei vindictam imprecemur, aut iræ Dei de voveamus, ut qvæ per ſe ſunt finitæ, vel & maximam partem ſic comparatæ, ut vel eas noſtris peccatis in Deum, imo & atrociores fuerimus promeriti, ſicque vel juſtiſſimo talionis jure nobis eveniant: vel & Deus ſinit nobis eas inferri, ut noſtra probetur fides, hocqve perſecutionis æſtu ad cœleſtem Paradiſum præparemur; Et cum ſic ignoremus, quodnam Dei de nobis ſit
de

decretum; præſertim cum nihil fiat fortuito, imo & ne capillus quidem capitis à capite noſtro decidat ſine Dei voluntate. Male itaque facimus, ſi talem ſanctificationem nominis Divini noſtris inimicis optemus, qua juſtitiam ſuam exercet, & in iram exardeſcit. Necꝫ & nos in ſimili conflictu tutos ſemper & ab ira Dei immunes arbitramur, præcipue cum fieri potuerit, noſtris occultis peccatis tales injurias promeriti fuerimus, ſicque talionis menſuram impleant, vel Dei occultum decretum ſic decreverit; non aliter inimicis Dei vindictam vel ultionem imprecamur, quam ſub formidine oppoſiti, & cum ejus expertes eſſe non poſſimus; rectius conſulimus nobis, rectius & inimicis, ſi & eis apprecemur ſanctificationem nominis ad gratiam, non ad rigorem divinæ juſtitiæ exercendum, quod & fulmen eo ictu & nos facile eodem tempore icere poteſt. Deus ipſe non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat Ezech: XXXIII. v. 11. ſicque & Deus miſericordiam ſuam exercens æqve nomen ſuum ſanctificat, ac ſi juſtitiæ ſuæ ſatisfieri velit. Et qvando miſericordiam exercemus in inimicos, revera nomen Dei hoc pacto quam maxime ſanctificamus, qvam ſi rigorem exigamus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

gamus. Sicq; primo petitioni primæ iſta citatio adverſatur. Cum Sanctificatio nominis Divini conſiſtat etiam in condonatione & exercitio miſericordiæ.

Secunda petitio orationis Dominicæ.

§. 15. Hanc provocationem ulterius deſtruere annitemur, eiqve (3) contraria eſt ſecunda hujus orationis petitio; qua petimus à Deo: *adveniat Regnum tuum.* Regnum Dei duplex hoc loco intelligi, regnum gratiæ & regnum gloriæ, Interpretes contendunt. Licet aliqui reſtringant ad regnum gloriæ; rectius autem de utroqve accipitur. Hæc provocatio ad tribunal Jeſu Chriſti privat inimicos, ne regno gratiæ frui poſſint, & hoc denegato neque & Regni gloriæ participes futuri ſunt. Qvinq; præcipue hujus regni Dei adventu hominibus concedi, & Deum eis largiri, eſt mens noſtratium Theologorum: (1) Precamur, ut Deus per vocem Evangelii ſibi Eccleſiam inter nos colligat. Qvemadmodum autem Eccleſiæ non poteſt fieri congregatio, niſi ad eam congregentur homines, ſi nunc volumus talis congregatio fiat, etiam noſtrarum partium eſt, cum ſoli Eccleſiam abſolvere non queamus, noſtrorum proximorum ad illum adventum optemus ſi-

mul

mul & ſollicitemus; hinc neceſſe eſt pro noſtrorum proximorum informatione & illuminatione Deum devote rogemus; Illud autem præſupponimus amorem; & charitatem erga proximũ ardentem & conſtantem, ille autem ardens, & conſtans eſt, ſi æquè bene velimus proximo ac nobis ipſis, neque etiam tam ſubtilis erit, ut aliqva offenſio eum frigefaciat vel prorſus extinguat, nobisque ingeneret Sathanicum odium, vel irreconciliabilem animum, qvo proximorum diſſociationem aut ab Eccleſiæ cœtu relegationem optemus, vel & eam cauſemus, qvoniam forſan nos offenderunt, aliqva injuria affecerunt; ſed hac offenſione non obſtante, utut etiam nos læſerint, nunquam tamen deſinemus hac orationis formula Deum invocare; ſincere vero multo minus pie & devote invocamus, niſi hujus petitionis ſcopum qvoque inimicos tangere velimus, ad hos regnum Divinæ gratiæ accedat, aut volumus forte in noſtra mente ab illo adventu eximere eos, qvi nos læſerint, optemusque ergo, regnum Dei adveniat ad omnes, ſolum exceptis iis, contra quos odium aliquod propter injurias, quibus nos affecerunt, concepimus, Deus vult hoc ſuum regnum gratiæ

tiæ ad omnes omnino homines ſe extēndat, & neminem ab eo eximit, qvænam eſt ergo noſtra Diabolica malitia, ut propter injuriam unam atque alteram proximos noſtros ab eo excludamus, neque velimus participes fiant regni Divini gratiæ, cujus tamen Deus vult omnes participes fieri; licet ipſum gravius omni die & momento offenderint, & ad iram irritaverint, ſœpius & nos & gravius offendimus, ut omnino impoſſibile ſit, homines toties, tamque graviter nos offendere valeant; qvemadmodum nunc nolumus, Deus propterea nobis deneget adventum & participationem ſui regni gratiæ; idem debemus velle noſtris inimicis à Deo fiat.

§. 16. Adverſatur etiam iſti provocationi ad tribunal Chriſti ſecundus ſcopus, quem Regni Dei petitione intendimus, Deus ipſe intendit: Et hic eſt juxta Divi Lutheri mentem: *Impios convertendos prædicatione verbi convertat.* Deo quam maxime & apprime cordi eſt, ejus regni gratiæ omnes omnino homines fiant participes, præter Scripturæ dicta, qvibus voluntatem ſuam erga homines benignam declarat, & ex ſenſu hujus ſecundæ petitionis orationis Dominicæ liqvidiſſime conſtat: Huic autem

tem

tem ſcopo contra nituntur, qvotqvot ſic temere ad Dei tribunal provocant, & ſuos proximos iſtuc citant. Cum econtra illorum eſſet officium, omnem adhibere operam & movere lapidem, ex iſto labyrintho errorum ſuos educerent proximos, & in viam regiam reducerent. Nam quamdiu in ſtatu illo vivunt, ut detur reverti ad bonam frugem & vitam piam, nemini omnino aditum præcludemus, verum ultro feneſtram ac januam aperiemus ad proximorum converſionem. Contrarium autem fit, ſi vitam invideamus, & obtorto collo ad Dei tribunal attrahamus, nec indulgeamus illis vivendi tempus, ut habeant occaſionem reſipiſcendi. Eſto! ſint in nos injurii! Eſto! injuſte nos condamnent & vitam eripiant! in tali ſtatu vel vitæ diſcrimine conſtituti ſtudebimus animam noſtram ſalvare, & veram pœnitentiam ipſi agemus, ut ſalvemur, qvemadmodum autem ſalvatio commune bonum eſt, quod Deus omnibus converſis promiſit, ſic & nulli hoc invidebimus, cum ergo ſciamus, qvod proximi hac ſua juſta condemnatione vitæ æternæ jacturam facere qveant, illorum autem condemnatio non faciat ad impletionem voluntatis Dei, ut qvi

Converſio illorum impeditur qui citantur ad vallem Joſaphat.

tius vult converſionem & optat impii reſipiſcentiam, neqve nobis poſſit eſſe uſui, rectius ſit omnem operam impendamus, illi huic periculo jacturæ æternæ beatitudinls eripiantur, & veræ beatitudini aſſerantur, illud autem melius fieri non poteſt, quam ſi proximo injurias, quibus nos affecit, animitus condonemus, ſimulque expendamus, hanc noſtram condemnationem non eſſe ad mortem, ſed ad vitam. Qvemadmodum quidam ex Regicidis Britannicis mortis condemnatus, invertebat, dicens ad vitam condemnatus ſum. Sic etiam hac injuſta condemnatione proximi noſtri abripimur quidem, non ex vita, ſed ærumnarum valle & calamitatum ergaſtulo vel univerſali aliqvo noſodochio. Nobis non obeſt, qvod injuſte condemnati ſumus, nos & hoc pacto lucramur vitam: Ergo & neqve illa (noſtra culpa vel intempeſtiva provocatione) proximo noſtro ad æternam mortem obſit.

§. 17. Iſta appellatio ad vallem (ut dicitur) Joſaphat & tertium ſcopum, quem omnes pii homines hac ſecunda petitione ex miſericordi Dei voluntate & beneplacito intendunt, impedit, & hic eſt: *Converſos in vera fide & vita ſanctimo-*

xia conſervet. Vocabulum converſus hic duplicem habet ſignificationem: *Generalem.* Juxta quam converſi dicimur (1) Reſpectu, qvod ex Gentilismo vel Paganismo ad Chriſtianismum converſi ſimus per lavacrum regenerationis & uſum Sacramenti altaris, utroque Sacramento in Chriſtianorum matriculam relati ſumus. (2) *Specialem,* & ſic ſignificat reſipiſcentiam à graviſſimis peccatis. Utroq; ſenſu vocabulum hoc interpretantes, nos omnes Chriſtiani converſi ſumus, qvemadmodum autem virtute iſtius converſionis facti ſumus oves unius ovilis, & unius Paſtoris audimus vocem. Sic & nobis omnibus merito incumbit hæc cura, omnes ejusdem ovilis participes maneamus. Hoc autem melius fieri non poteſt, qvam ſi alter ad alterius imbecillitatem conniveat, & aberrantem blanda admonitione reducat in viam, lapſus humanos pallio Charitatis tegat, neque omnia nimis rigoroſe exſeqvatur. Hanc Charitatis viam deſerunt omnes illi, qui ſuum proximum in ipſum delinqventem vel & injuria aliqva afficientem illico ad tribunal Dei tremendum trahunt, omni poſthabita miſericordia, qvam proximo debent, illi æternum Væ vel

Eſt peccatum contra Charitatem proximi citatio adjudicium Dei.

cruciatum apprecantur. Non recordantes, grave eſſe incidere in manus Dei vivi. Qvare aliqvid contra proximum moliturí, ſemper meminiſſe juvat, nos omnes in unum cœtum eſſe congregatos, nos omnes eſſe unius capitis membra, videlt Jeſu Chriſti; hinc & illas injurias, quas interdum confratres nobis inferunt, vel & immeritos afficiunt, non tanti faciemus, ut propterea proximo noſtro anathema apprecemur, aut harum ultionem, qvæ tanta, ut eam comitetur exilium à civitate cœleſti, à Deo intempeſtive petamus: Qvod utique ſapit animum crudelem, omnisque miſericordiæ expertem. Non qvidem dubium, in qvantum homines ſumus, nos interdum ex paſſione injuriarum dolorem aliqvem concipere; verum in quantum etiam converſi, i. e. Chriſtiani ſumus, non permittemus, hic dolor in nobis obliteret & extinguat jus & vinculum, qvo obſtricti & conſtricti ſumus, alter alteri condonet.

§. 18. Hanc appellationem ad Vallem Joſaphat refellit qvoq; ſcopus, quem qvarto omnes Chriſtiani ſibi proponent, & ut eum obtineant, omnem conatum adhibebunt, hucque reſpicit petitio ſecunda, quem noſtrates Theologi

logi hac verborum ſententia exprimunt. *Eosdem in hac adverſus Diabolum & impios defendat atque gubernet.* Sc. omnis Chriſtiani hominis hoc officium eſt: Deum Creatorem ſuum & Protectorem devote & ſubmiſſe roget, illi placeat defendere omnes homines, qvos vult eſſe membra iſtius ovilis, cujus unicus Paſtor Chriſtus Jeſus, defendere contra rugientem leonem, Diabolum ipſum, infenſiſſimum humani generis hoſtem & homicidam, denique ſic gubernare illorum greſſus & actiones, ne in ejus incidant rete & laqueum. Quod ſi hunc ſcopum obtinere nobis cordi eſt, minime ſalva vel bona conſcientia propter injurias nobis illatas poſſumus aliqvem citatione noſtra abripere ad tam tremendum Dei tribunal. Cum injuriæ, quibus affecti ſumus non ſint tanti momenti, ut vel propterea homo temporis momentum æterni barathri torturam ſuſtineat. Diabolus quippe ſic ſævit tamque crudeliter in homines, ex Dei decreto ſuæ torturæ commiſſos, ut humana lingva miſerias nemo mortalium exprimere valeat. Expendant illi citantes torturam & cruciatum, quibus, Deo permittente, ſæviit in Jobum, cum tamen ſolum ageret in corpus &

Injuriæ temporales non ſunt dignæ pœnis æternis.

quidem definito ipſi à Numine modo, Qvis adeo omni miſericordia vacuus, ut ſuas injurias cruciatibus illis, quibus Job ſubactus, dignas æſtimet, vel etiam alicui apprecetur. Multo minus tanto iræ æſtu abripiemur, ut proximo noſtro ob illatam injuriam illico diem judicalem annunciemus, & coram tribunali Dei vivi condemnationem ad æternum rogum flagitemus, ſed potius Advocati munere pro proximo coram Dei tribunali fungamur, & intercedamus pro eo.

§. 19. Ultimus ſcopus, quem ſibi pii orantes hac ſecunda petitione proponunt, hanc citationem ad vallem Joſaphat inhibet, & per conſequens prohibet. Hunc noſtrates Theologi his deſcribunt verbis. *Et deniq;glorioſam hæreditatis cœleſtis poſſeſſionem clementer largiatur.* Preces noſtræ, qvas ad Deum fundimus, ſemper erunt voluntati Dei ſanctiſſimæ conformes, hinc & nihil aliud ab eo petemus, quam quod animæ noſtræ conducat. Cum autem & proximo ſemper optime debemus velle, juxta illam Regulam Chriſti. *Qvod tibi non vis fieri, id alteri ne feceris.* Hinc & qvod nobis à Deo optamus fieri, illud eodem animo, eadem devotione proxi-

mo noſtro Deus largiatur, devote ro- gabimus. Nobis ipſis vero Dei clementiam & gratiam apprecemur, & peccatorum noſtrorum remiſſionem; & illa omnia æqvali conatu proximo noſtro apprecabimur; ſi menſuram Charitatis, ut Chriſtianos addecet & Chriſti veſtigiis inſiſtere & implere ſit animus. Temerarium itaque eſt, & Sathanici odii ſpecimen infallibile, ſi propter injurias, proximo glorioſæ hæreditatis celeſtis poſſeſſionem invideamus, & hac perquam intempeſtiva citatione ad Dei tribunal præripiamus. Et qvæſo, qvid eſt proximus, niſi noſter frater, & unius capitis nobiscum membrum, pari jure pariqve privilegio donatus, ejusdem ergo & gratiæ & clementiæ Divinæ, cujus nos participes eſſe cupimus & deſideramus, participes fiant, optabimus & Deum rogabimus. Hactenus allata iſtam citationem ad vallem Joſaphat improbant.

Non invidebimus alii vitam æternam qvam ipſi optamus.

§. 20. Ulterius hanc citationem ad vallem Joſaphat deſtruere & refellere pergimus, & nectimus contra eam *octavum* argumentum, qvod ex contextu orationis Dominicæ ſeptimum eſt. *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, ſic & in terra.* Hac petitione nos Chriſtiani omni noſtræ

voluntati renunciamus, ita ut noſtrum valle includat omnis noſtræ potentiæ privationem in tantum, in quantum ab arbitrio dependet, ſed nos totos juxta animi & corporis vires divino beneplacito ſubjicimus, ut etiam nobis præter devotum obſeqvium nihil ſit reliquum: *Sed cum obſeqvium civiliter denotet infimam ſubmiſſionem, vel & qvendam ſervitutis gradum.* Hic vero obſequium proprie ſignificat veram pietatem, quanto magis ea præditi ſumus, tanto propius accedimus ad cœleſtis regni participationem, & dominamur Sathanæ, mundo, carni, hos tres hoſtes tanto certius vincimus, & in triumphum trahimus, quanto magis noſtrum obſequium Dei voluntati eſt conforme. Hæc autem voluntas ut fiat, tam in cœlo, quam in terra, eſt quotidiana noſtra petitio, virtute hujus petitionis obligamur & obſtringimur, nihil aliud nobis fieri vel proximo optemus, qvam ut vult, cujus voluntati parere ſumma libertas eſt, imo eminens dominium: Hinc & injuriarum, qvas perpeſſi ſumus à noſtro proximo, nullam exigemus vel à Deo implorabimus ultionem & vindictam. Sed ut volumus, ut in cunctis fiat Dei voluntas, ſic & eas ejus voluntati

Obſeqvium Deo debitum hac citatione negligitur.

tati

tati demandabimus, non ut puniat, ſed faciat proximo, qvemadmodum ſua voluntas jubet. Neque nobis perſvadebimus, qvod aliqvid poſſit accidere nobis tam grave, tam injuſtum, tam iniquum, ut non ſine apprecatione pœnæ totum transſcribamus benignæ ejus voluntati, ut ille ſuper hoc juxta ſuum beneplacitum diſponat, inque ſui nominis gloriam dirigat. Si ſic expendamus ſenſum iſtius petitionis, ultro palam eſt, quod citatio ad vallem Joſaphat Dei voluntati præjudicet, imo & Deo invito fiat, & hac provocatione in ipſum injurii ſimus.

§. 21. Nonum opponimus argumentum huic ad vallem Joſaphat citationi, & illud nobis dictitat idem ſanctiſſimæ & perfectiſſimæ formulæ orationis Dominicæ contextus. *Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.* Hæc verba faciunt quintam petitionem. Et eidem adverſatur provocationi qvarta petitio; qva petimus: Panem quotidianum da nobis hodie. Sed qvoniam hoc argumentum poſſit videri nimis longe petitum, quintam petitionem ad enervandam hanc citationem expendemus. Qvemadmodum autem multipliciter in Deum

Qvinta petitio repugnat huic citationi.

ejusq;

ejusq́ ſanctiſſimam legem peccamus, adeo, ut peccata noſtra ſint innumera, illa vero nos damnationi æternæ ſubjiciant, qvam Deus peccatoribus, niſi reſipiſcant, comminatur; hinc confugimus merito ad Dei miſericordiam, & eorum remiſſionem imploramus, quam & lubens implorantibus largitur. Non minus peccant in nos proximi noſtri, & nos in ipſos, quando nos invicem injuriis afficimus. Illæ autem injuriæ vel iniqvitates, qvibus homines ſe invicem afficiunt, & ſunt grandia peccata, & enormia in Divinam Majeſtatem delicta, ita ut qvoque horum remiſſionem merito imploremus, & etiam impetremus, ſi reſipiſcamus; Deus quippe infinitæ miſericordiæ eſt, & magis ad condonandum, quam puniendum pronus. Qvod nunc nobis deſideramus fieri à Divina Majeſtate, hoc idem & proximo noſtro in nos peccanti indulgebimus, & quidem tam promte, ut Pater cœleſtis remittit, tamq́ ſerio, ut nobis à cœleſti Patre deſideramus remitti. Hæc petitio excludit omnem vindictæ cupiditatem, & jubet remiſſionem injuriarum. Dimitte & dimittetur vobis, inqvit Chriſtus Luc. 6. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet

mittet & vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra, Matth: c. 6. Idem continetur clarius vero Evangelium S. Marci c.11. ubi ſcribitur, Redemtorem dixiſſe, cum ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis adverſus aliquem, ut & Pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra: Lex illa obſtringit omnes ad condonandum primo injurias: Male autem faciunt, qui cupiunt unam legem pro ſe, aliam pro aliis. Cupiunt injurias ſibi factas ſeveriſſime puniri, & plurima ſua peccata, quæ enormia, quibus in Deum injurii ſunt, quibusqꝫ indies ſe polluunt, Deum diſſimulare, hos reprehendit Eccleſiaſtes c.28. Homo homini reſervat iram, & à Deo qværit medelam! in hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur. Qvalem ergo nobis Deum contra peccata optamus benignum & miſericordem, tales & nos habebit & omni tempore experietur proximus noſter, qvi nos offendit, cœteroquin incidit in manus juſtitiæ Dei, quia ſe miſericordia illius fecit indignum fratri ſuo non ignoſcens. Ille etiam ſibi dictum putet illud *Jacobi c.2.* judicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam, Et quid multis: injuria

injuria afficienti ſe non ignoſcens, dum in oratione Dominica poſtulat ſibi demitti, ſicut ipſe dimittit, non orat, ſed ſibi diras imprecatur, petitque, ne Deus ei unqvam ignoſcat, cum ipſe non ignoſcat. Via regia eſt ad impetrandam delictorum remiſſionem à Deo, qvem iis offendimus, eſt, ſi proximis injurias inferentibus veniam prompti indulgeamus. Qvalem miſericordiam itaque proximo exhibemus, talem & Deus nobis exhibebit. Qvapropter non ſolum veniam à te petenti compelleris ignoſcere, verum etiam tibi malefacienti, & in te perſequendo exultanti, bene cogeris facere, & remittere. Neqve ſolum proximo, qui veniam petit, condonabimus, verum ultro in corde noſtro proximo remittemus illud, qvo nos offendit, neqve tanti æſtimabimus injurias, ut propterea cum ipſo contendere geſtiamus, aut in judicium trahere velimus. Crudelem iſtum æſtumant Jure Conſulti, qui famam ſuam negligit, verum tamen minime ille crudelis eſt in foro Poli, qui ducitur animi lenitate & manſvetudine, & proximo ſuo ignoſcat iſtam offenſionem, qua famæ ſuæ inſidiatus eſt. Vel verum dixit proximus, vel falſum crimen

men illi objicit: ſi verum, neceſſe iſti-
us delicti remiſſionem à Deo petat, qvo
animo eam à Deo flagitat, eo & pro-
ximo remittet: ſi falſum, non eſt, ut
propterea contriſtetur, vel plumbeas
gerat iras, *cum innocentia ſit ſuimet vin-
dex optima*; & tanto promptius remit-
tet proximo; potius centies remittet
quamlibet injuriam, quam ut ſemel in
judicio contendat, vel ultionem exigat.
Qvomodo ergo excuſandi ſint, qui tam
iracundo animo ad Dei vivi tribunal
appellant, etiam propter leviſſimam of-
fenſionem, non videmus, aut quod-
nam mantellum vel jus iſti appellatio-
ni prætexere poſſint. Graviſſime con-
tra mandatum Chriſti deliquit ille *Picta-
vienſis Epiſcopus*, cujus ſecundo loco
mentionem facit Jeſuita *Drexelius* a. l. Judicium de Pictavienſi Epiſcopo.
hic qvamdiu vixit, injuriam patienter
tulit, moriens autem tumulo inſcribi
juſſit: *Ad juſtum Dei judicium appello.* Qvo
animo qvæſo & mente toties oratio-
nem Dominicam, & in ſpecie hanc pe-
titionem oravit, non ſolum irrito co-
natu, verum & toties ſibi diras impre-
catus eſt. Dei miſericordiam fruſtra
imploravit, cum & plenam remiſſio-
nem proximo denegavit, ſimulavit pa-
tientiam, verum hac inſcriptione ſua in

tumu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

tumulo publice ſuum odium erga proximum, & animum omnis miſericordiæ expertem, vindictæq́ cupiditatem, non ſine Eccleſiæ Chriſtianæ ſcandalo conteſtatus eſt. Aliam ad mortem præparationem præcipiunt Theologi noſtri. Memorabile eſt præceptum Apoſtoli *Pauli ad Epheſios cap.* 4. *ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Non vult Apoſtolus ira nos comitetur ad ſomnum, multo minus protrahamus eam in ſeqventem diem; qvonam ergo animo hic Epiſcopus tanto odio & rancore flagrans mortem oppetierit, qvilibet ſapiens & Chriſtianus facillime colligit. Jamjam ſiſtendus erat tribunali Dei vivi, coram quo quid aliud deſiderabat, qvam divinam clementiam & miſericordiam, & hanc tamen proximo ſuo, ei Deum vindicem apprecans, invidit, hinc & aliud concludere non potuit, quam ſe & ejus nunquam participem futurum beneficii, quod proximo invidiſſet. Ingens horror me invadit, quoties iſtius rei geſtæ vel hiſtoriæ recordor. Et quid movit Epiſcopum in ultimo vitæ articulo proximo ſuo ſeſe præbere irreconciliatum? Recte huic acclamaſſes illud *Jobi c.* 18. *Qvid perdis animam tuam in furore tuo?* utiq; illo rancore

rancore animam ſuam perdidit, & æternæ vitæ jacturam fecit. Sed non tam agimus hic contra Pictavienſem Epiſcopum, quam contra provocantes ad Dei tribunal, verum quod in ſpecie de hujus Epiſcopi provocatione in ultimo articulo mortis facta dicitur, illud de omni provocatione accipiendum, nam & illæ communiter fiunt tempore eo, quo ex hac mortalitate demigrandum eſt. Sed opponet forſan aliqvis illud Jure Conſultorum, qvod ſuperius attulimus. *Crudelis eſt, qui famam negligit.* Sed ad illud reſpondimus illic, Alius proceſſus eſt in foro ſoli, alius in foro poli; hoc exigit legitimam defenſionem & famæ tuitionem; illud econtra patientiam & remiſſionem injuriarum. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras dicit Dominus, Luc. cap. 21.* Qvapropter & ſic nos admonet Apoſtolus *Hebr. c.* 12. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, & *Hebr. c.* 10. Patientia vobis neceſſaria eſt. Tot etiam indies accidunt homini, ut ſi de omnibus vellet ultionem, nunquam finem inveniret. Qvod oppido bene ſcivit Chriſtus, in eum finem nos hanc ſuam orationem docuit, ut haberemus in ea conſolationem contra inju-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

rias, quibus premimur, imo,ut habe-
remus in ea pharmacum contra vindi-
ctæ cupiditatem, ne illa miſericordiæ
Dei & per conſeqvens æternæ patriæ ja-
cturam faceremus, inq; æternum exi-
tium laberemur. Si Deus vellet, ultio-
nem injuriarum peteremus, fruſtra ſic
nos orare docuiſſet, fruſtra eſſent tot ſa-
lutaria de patientia exercenda præce-
pta. Patientia eſt infallibilis nota &
character boni & pii Chriſtiani & de-
voti oratoris. In hac palæſtra patien-
tiæ ſtrenuiſſimus athleta fuit Regius
Propheta David. Hac de cauſa hunc
in modum orat: *Proba me Domine, &*
tenta me, ure renes meos & cor meum Pſ.
XXV. Tres Patientiæ gradus faciunt
Tres patientiæ gradus
Scholaſtici, quorum *primus* eſt injurias,
quas poſſes ulciſci, diſſimulare, qvod
fecit Saul, cum eſſet bonus & cœpit re-
gnare, qui audiens injurias diſſimulabat,
quaſi non audiverit, nolens vindictam
1. *Reg.* c.10. *Secundus* eſt non ſolum per-
ferre voluntarie injurias præſentes, ve-
rum etiam paratum eſſe ad omnia, qvæ
poſſunt accidere, qvem patientiæ gra-
dum habuit *Job.* c.1. qui non modo to-
leravit patienter flagella, qvæ Deus ei
immiſit, ſed adhæc paratus erat ſuſtine-
re multo plura, de qua patientia dicit
Do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Dominus *Matth. c.5 ſi quis percuſſerit te in dextram maxillam tuam, præbe & illi alteram*, nobis ſignificans, non duntaxat ferendas injurias præſentes, ſed paratos qvoque nos oportere eſſe, qvaſcunque alias adverſitates, ſi qvæ acciderent, æqvanimiter ſuſtinere. *Tertius* gradus eſt maxime heroicus & altiſſimus, tolerare nimirum non ſolummodo patienter injurias, ſed etiam inimico benefacere, ad animam illius convertendam, eamqve Deo lucrifaciendam, quo gradu Joſephus Gen. c.37. in Ægypto claruit, quando non ſolum libenter ignovit ſuis fratribus, à quibus venditus erat, ſed etiam multis eos affecit beneficiis. Hoc patientiæ genus vult Dominus nos habere, cum nobis præcipit, ut inimicis benefaciamus, ad cujus perfectionis ſtatum cupit ſuos evehere, unde recte dixit S. Jacobus Apoſtolus, patientiam ferre opus perfectum. *Didacus Stella Part.* II. c. *LII.*

1464. Aſt hic Epiſcopus apud Volaterranum vitalem auram ducens patientiam ſimulavit, moriturus vero rancorem & amaritudinem animi manifeſtavit: O peſſimum exemplum, à quo & moratiores gentes abhorruiſſent; illis quippe minime magnanimus viſus ille, qui

injurias illatas ad animum revocaret, vel ulciſcendi cupiditate flagraret, poſſum id ipſum exemplis ex Ethniciſmo petitis illuſtrare, ſi id negotii mihi dari crederem, vel inſtituti ratio permitteret. Hoc Achilleum argumentum eſt contra eos omnes, qvi vel provocationem illam inſtituunt, vel & hujus provocationis ad vallem Joſaphat patrocinium ſuſcipiunt; omnibus è contra incumbit proximo offenſas ignoſcere, ſi ducatur ſpe obtinendæ Divinæ miſericordiæ, & ſi hanc proximo ſuo denegat, nihil certius ſibi polliceri poteſt, qvam æternam Dei iram, qvæ ipſi tradet tortori in æternum cruciandum; qvemadmodum vero cuilibet Chriſtiano cordi erit ſua ſalus, ſic nec minus cordi erit proximi animam & Deo lucretur. Qvid ſi proximum diligemus, ut nosmet ipſos, natura Charitatis exigit, proximo delicta, qvibus nos offendit, æqve ignoſcamus ac remittamus, ac nosmet ipſos diligimus, exinde cognoſcitur Charitas; qvippe injuſtitia, qva forſan proximus contra nos uſus, non illico illum eliminat ex civitate Chriſtianorum, aut ipſum conſangvineitatis, qva proximus noſter eſt, expertem facit; qvemadmodum nos noſtra deli-

ſta non conjiciunt in iſtum miſerabi-
em & flebilem ſtatum, ut nunquam
niſericordiam Dei impetrare valeamus,
ic & proximus in nos peccans nihilo-
ninus in hoc ſtatu eſt, remiſſionem in-
uriarum mereatur. Vocat, invitat
nos Deus ad converſionem, & conver-
entibus largitur veniam; majori jure &
proximum convertere annitemur, &
lli ultro & ſponte injuriarum remiſſio-
nem offeremus, non ſemel, ſed ſeptua-
gies ſepties, i. e. innumeris vicibus Pro-
fecto, ſi nulla eſſent argumenta vel ex-
empla, qvæ iſtam provocationem ad
vallem Joſaphat diſſvaderent, hoc ar-
gumentum ſufficieret, qvod jam tra-
ctavimus, tranſibimus tamen adhuc
ad alia.

§. 22. Decimum argumentum opponimus huic provocationi ad vallem Joſaphat ex ἐχθροφιλίᾳ: Et hæc fundatur in præcepto dulciſſimi noſtri Salvatoris *Matth. c. 5. Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderint vos, ut ſitis filii Patris veſtri, qui eſt in cœlis.* Arrigite aures, qvotqvot huic provocationi patrocinamini, ſi hactenus vos nondum convictos eſſe ſentitis, hoc præceptum vos craſſi erroris damnabit & convincet. Sic vivitur in mundo & mortali-

Ἐχθροφιλία nos prohibet â citatione ad judicium Dei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

um ſocietate, ut ſœpius cum David nobis exclamandum ſit *Pſalm.3.v.2.* Jehova, qvam multiplicati ſunt hoſtes mei qvam multi inſurgunt adverſus me. Nemo unus vivit, qui non patiatur aliquem inimicorum inſultum. Mali bonos ſemper perſequntur, virtutis quippe individuus comes invidia, & qui ſimilis offenſionis expers vivit in mundo quam maxime rarus eſt. Et inimicitiæ ſtatim in prima hominum generatio neglſcere cœperunt, hinc bella, hinc duella, hinc litium diſceptationes & contentiones natæ ſunt, & hæ inimicitiæ perſeverant & perſeverabunt ad ultimum mundi excidium. Et ſic homines in homines non ſecus ac lupi in oves ſævunt: Vel arrodunt proximi famam, illique inſidias ſtruunt, vel & ejus vitæ periculum minantur. Solus Chriſtus nobis poteſt eſſe exemplo, hujus ſanctiſſimæ famæ & innocentiæ inſidiati Apellæ, neq; prius acquieverunt, quam crudeliſſimo mortis genere è medio ſuſtuliſſent: ita ut Chriſtus fuerit quaſi centrum in meta, in quod collimarent omnium nequiſſimorum hominum conamina, & ſua jacerent tela, evibrarentque ſagittas. Hic tot inimicis circumdatus, qvemadmodnm eos depin-

gitis

it Pſ. 22. nobis præſcripſit proceſſum, quem obſervabimus contra inimicos, hic autem prorſus praxi Mundi contrarius eſt. Mundus jubet par pari referendum. Chriſtus contrarium præcipit, ſicut hoc claret ex allato *Matth.* 5. dicto. Mundus poſcit injuriarum ultionem; Chriſtus jubet condonationem. Hic vero præprimis Chriſtum ſuo exemplo nobis præeuntem & tanqvam anteſignanum ſectabimur ſeduli. Inimicum diligemus, neque ſolum in dilectione ſimplici acquieſcemus, verum quoniam & oderunt, benefaciemus. Nam ſi inimico nocemus, plus noſtræ animæ hanc ſanctiſſimam Chriſti ſanctionem negligendo nocemus, quam illius corpori, ſi vero ei nihil facimus mali vel damni, & ſolum in corde noſtro ab ipſo nos avertimus, haud dubie nos vehementer lædimus, proximo noſtro ne vel in minimo offenſo. Si inimico ignoſcimus, tanto magis Deus paratus eſt nobis ignoſcere, & offenſas noſtras nobis condonare, & quo magis illi benefacimus, tanto majus lucrum vel bonum Dei præcepto obediendo acquirimus. Heroica virtus eſt, eum, qui nos damno afficit, indemnem pertranſire, magna fortitudo animi eſt, offendenti dimittere, ingens

gloria honorque facienti male, facere bene. Utinam hoc Chriſti mandatum bene perpenderent, qui odio & invidia in inimicos æſtuant, & ulciſcendi cupiditate flagrant; neque prius quieti ſeſe committere velint, anteaquam Deum illarum injuriarum vindicem inimico ſuo apprecati fuerint; Etſi mundanus Magiſtratus indefinitam vindictæ ſuæ menſuram non expleverit, illorum animam ſæviſſima pœna de inimicis ſumpta ſedaverit, appellationem ad Dei tribunal minantur, & actu ad id provocant; verum quid aliud præſtant, qvam quod ſint inobedientes mandati Chriſti transgreſſores, ejusque dicto non audientes, hocque pacto Deum juſtum ſuorum peccatorum, (quorum & remiſſionem, ſi proximo condonaſſent, à Deo impetraſſent,) vindicem experiuntur cum maximo ſuo damno, ita, ut in æternum lugeant ſuam erga proximum contumaciam, & animum irreconciliabilem. Qvare non tam reſpiciemus perſecutionem præſentem, ſed gloriam venturam, quam exſpectamus. Chriſtus ipſe iſtius dilectionis, qua inimicos proſequimur, magnam promittit mercedem: ut ſitis filii Patris veſtri, qui eſt in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

in cœlis, inqvit: An ergo propter neglectionem iſtius dilectionis, jus filiationis, jus hæreditatis perdemus, abſit. Hacque reſpexit Apoſtolus Paulus Epiſtol: ad *Romanos c.12.v.14. Benedicite perſeqventibus vos, benedicite & nolite maledicere.* Qvem locum *Lucas Oſiander* ſuis verbis illuſtrat. Non congerentes execrationes, inqvit, in eos, qvi vos propter religionem, aut alias injuſte perſequuntur. Habet enim Dominus etiam inter perſecutores aliquos electos, qui aliquando convertentur. Et non licet cuiquam mala imprecari, niſi ex ſpeciali vocatione & certo Spiritus Sancti inſtinctu: qvalis imprecatio erat *Eliſæi*, maledicentis pueris, qui poſtea ab urſis dilaniabantur *2. Reg.* 2. quales etiam quædam imprecationes (à Divino Zelo profectæ) (qvibus plenus eſt *Pſalmus XXXV.*) extant in Pſalmis. Hanc autem regulam diligendi inimicos & benefaciendi nos odio proſeqventibus primitus docuit Chriſtus *Matth.c.5.v.44.* Eandem tradit hic Doctor gentium, non ſolum hoc loco, ſed ſparſim per integrum hujus capitis contextum. Qvo pertinet, qvando inquit Apoſtolus, *Nulli malum pro malo reddentes.* Huic ſalutari doctrinæ Spiritus Sancti, cujus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

inſtinctu Apoſtolus Paulus has aureas gnomas protulit, contrarii ſunt omnes illi, qvos hic arguimus. Tria qvippe ſunt, qvæ præprimis ex ſolo hoc Chriſti præcepto nos impellent, iſti cupiditati vindictæ renunciemus. *Primo* qvod ipſe Chriſtus, quem in omnibus ſeqvemur, præcipiat: *Secundo*, qvod hoc pacto diſtinguamur ab Ethnicis: *Tertio* denique præmium, qvod huic legi obedientibus incarnatus Jehova pollicetur, videlicet adoptionem in filios & cohæredes Chriſti, qvemadmodum modo ante diximus, nos noſtra inobedientia hoc jus filiationis turpiter perdere, & ſic excidere gratiam Dei. Qvare & audiamus Apoſtolum docentem. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Obrue beneficio tuo, inquit *Oſiander* malum illatum, & hoſtem potius ad benefaciendum, quam ad plura mala inferenda invitato. Pulcherrimum enim victoriæ genus eſt, proximum (imprimis vero hoſtem) officiis potius quam maleficiis vincere. Hanc Pauli, imo potius Chriſti, doctrinam meditabuntur illi in fama ſua vel & in corpore læſi, quando aculeis vindictæ ſtimulantur. Recordantes majorem victoriam & triumphum eſſe poſitum in

con-

condonatione, quam in ultione. Magisque impleri ſanctiſſimam Dei voluntatem inimicos diligendo iisque benefaciendo, qvam malum pro malo rependendo. Et fruſtra vindictam poſcimus à Deo, quando Chriſti regulam non ſeqvemur. Qvæ non jubet vindictam, ſed dilectionem. Præterea expendendum eſt, Deum contra noſtra peccata non ſecundum rigorem juſtitiæ ſuæ punire, verum & miſericors eſt, & ad delicta noſtra connivet, tempus ad reſipiſcendum indulget, imo ad reſipiſcentiam & media ſuppeditat. Sic & decet nos connivere ad proximi noſtri aberrationem, præſertim ad eam, qua forte famam noſtram læſit, & indulgebimus tempus, ut ſeſe convertat, & animum ſuum mutet, imo ipſi nos intercedemus pro eo apud Deum, meliorem mentem largiri velit, ut injuriarum illarum, quibus nos affecit, ipſum pœniteat, hoc facientes morigeri Chriſti diſcipuli ſumus, ejusque veſtigiis inſiſtimus, contrarium vero faciunt illi omnes, qvorum hiſtorias ſupra adduximus, præprimis ille improbus Epiſcopus, qvem §. XXII. narravimus: hic prorſus præceptorum Chriſti Luc. c. 6. oblitus, neque Paulum *Rom. c. 12. v.* 14.

ſecu-

ſecutus eſt. Qvare qvanti æſtimamus adoptionem in filios Dei vivi, jusque hæreditatis, quibus gaviſuri ſumus, ſi inimicos noſtros diligamus, tanti quoque faciemus, ne vindictæ cupiditate contra proximum flagremus. Et qvemadmodum Pater noſter cœleſtis miſericors eſt erga nos peccatores, ita & miſericordes erimus erga proximos noſtros injuriam nobis inferentes. Qvi contrarium moliuntur, qvid qvæſo aliud lucrantur, quam ut Dei clementiæ & miſericordiæ irreparabilem jacturam faciant, qva privati, & ſimul privantur conſortio vel ſocietate civium cœleſtis Jeruſalem. Eſtne ergo maxima dementia propter libidinem vindictæ perdere æternam beatitudinem? Qvilibet homo iſtum regem ſtultum æſtimaret, qui ut animi ſui libidini ſatisfaceret, mallet totius regni & honoris jacturam facere, imo in ſervitutis ſtatum præcipitari, qvam, ut quicquam remitteret, qvo animi ſui libidinem explere poſſet. Par conditio eſt illorum hominum vindictæ cupiditate æſtuantium. Hi æternum regnum perdunt, & in æternam ſervitutem ſe præcipitant.

§. 23. Repugnat, me judice, huic citationi ad vallem Joſaphat Dei mos pu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

puniendi gentes. *Geneſ. c. 15. v. 16.* Nec dum completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum. Et Matth. c. 23. v. 32. & 35. Et vos implete menſuram Patrum veſtrorum, & veniat ſuper uos omnis ſangvis juſtus. Nam peccatorum menſura impleri debet, qvemadmodum Deus hac phraſi utitur, anteqvam phœnices & Sodomitas aliasque gentes deleret. Qvo utiqve & hoc innuit verbum Dei, Deo non præſcribendum eſſe tempus, quo judicare debeat, ſed cuncta ejus beneplacito tribuemus: Nolite judicare ante tempus, qvo adusqve veniat Dominus, qui manifeſtabit abſcondita cordium. *Paulus in Epiſt: ad Corinth: c. 4. confer. §. 12.*

Provocatio illa eſt intempeſtiva.

§. 24. Hactenus Sacer literarum codex arma, quibus citationem ad vallem Joſaphat oppugnavimus, ſuppeditavit. Qvædam & ex Jure naturæ & gentium contra eam afferemus: Et hic inſtar omnium ſit *Samuel Puffendorffius l. 1. de officio hominis & civis c. VI. §. 13. p. 72.* Qvo nomine damnatur etiam naturali lege vindicta, quæ nullum alium finem habet propoſitum. Qvam ægre facere illis, qui nos læſerunt, eorum dolore noſtrum animum ſatiare. Eo proniores autem mortales ad condo-

Sam: Puffendorfius de vindicta privata ſententia.

nan-

nandas mutuas offenſas eſſe decet, qvo freqventius ſupremi Numinis leges violant, eoque ipſi venia quotidie opus habent. Plura hinc inde ex Moraliſtis congerere poſſet, verum lubet in hoc Puffendorffii placito acquieſcere.

Exempla piorum pro hoſtibus orantium.

§. 25. Opponimus deniq; exempla: *Stephanus* in ipſo perſecutionis & lapidum imbre ac ſtridore dicens: *Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei?* Cumq; non conſideraret iniquitatem inimicorum, ſed coronam gloriæ ſibi præparatam, ait ad Dominum pro illis intercedens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum *Actor. c. 7. v. 60.* *Chriſtus* Salvator noſter ſumma patientia atrociſſimas injurias non ſolũ verbales & reales pertulit, verum & pro iis apud Patrem ſuum cœleſtem interceſſit, dicens *Luc. c. 23. v. 34.* Pater remitte illis, neſciunt enim quid faciant. Apoſtoli Jeſu Chriſti & ſui Magiſtri veſtigiis inſtiterunt, ejusque patientiam ſecuti 1. *Cor. c. 4. v. 12. 13.* Male audientes benedicimus: perſecutionem patientes, ſuſtinemus: conviciis affecti, obſecramus. Cum Simei Davidi malediceret, eumque perſeqveretur, dixit Sanctus ille Rex, quibus è ſuis militibus illum trucidare volentibus: Dimitte eum, ut ma-

maledicat juxta præceptum Domini 2. *Reg. c.16.* Tota hiſtoria Eccleſiaſtica, vel & Martyrum acta ab Autoribus conſignata, ne unicum exemplum affe-runt, qvot tot millium primitivæ Ec-cleſiæ Martyrum aliqvis tyrannos per-ſecutores unquam ad tribunal Divi-num per iſtam provocationem traxerit. Ex hactenus habito ſermone clarum eſt; qvod iſta provocatio iniquitatis & injuſtitiæ omnino pleniſſima ſit, verbo Dei contraria, & Chriſtianos quam ma-xime dedecens, quocunq; juſti doloris, ſæſæq; juſtitiæ colore obducatur. Hinc & moti prudentiores Juris Conſulti cen-ſent, hos provocatores puniendos eſſe, & quidem pœna arbitraria. Etiam eam damnant tanqvam aliquam Dei tentati-onem Theologi noſtrates, ſolũ autem de hac materia diſſerentem audiemus *Joh. Adamum Oſiandrum in ſua Theologia caſua-li p.970. 971. 972.* Integrum locum, licet prolixus ſit, huic contextui inſeremus; Nam cum proficiſci poſſit illa provoca-tio vel ex quodam inſtinctu divino, vel ex affectu qvodam carnali, ideoqve attendendum, ne qvis indulgeat huic, ut ita conſcientiam temeraria provoca-tione commaculet, ſane duo cum fa-ciunt idem non eſt idem, qvod *Zacha-rias filius Jojadæ* dixit, fuit verbum Di-vinum

Damnatur à pleriſque Theologis provocatio tanqvam tentatio Divina.

vinum, ſi hodie aliquis impetu abreptus idem dicat, non erit absque peccato, optavit ſibi mortem *Elias* 1. *Reg. c.* 18. optavit eandem *Jonas c.* 4. *v.* 8. Sed ducti principiis diverſis, diverſo modo & fine, ille quidem pie & ex Spiritus dictamine, hic vero màle, & iracundia mœroreq; carnali abreptus. Qvapropter dicimus *primo* regulariter hodie illicitum eſſe provocare ad judicium Divinum, ſive citare aliquem ad tribunal divinum, cum quo contendimus, nam ſemper fixum illud manet: *Dominum Deum tuum non tentabis, Deut. c.* 6. *Matth. c.* 4. *Secundo*; non male Auguſtinus; pertinet ad ſanam doctrinam, ut quando habet, quod faciat homo, non tentet Dominum Deum ſuum *l.* 22. *contra Fauſt. c.* 36. *Tertio*, ubi conſcientia eſt dubia, nihil agendum, nihil ex illa ſuſpiciendum, at in tali caſu conſcientia hæret, non eſt certa, periculo aliquo circumfunditur, poteſt nos ſuperare ira, furor brevis & indignatio, poteſt nos tentare appetitus gloriæ vel vindictæ, poteſt nos ſollicitare philautia, ſive amor proprius, cum qvisq; nimius æſtimator ſui, quomodo itaque absq; peccato erit, qui hiſce inductus cauſis aliquid temerarie molitur. Secundo, ſi aliquis cer-

certus ſit de cauſæ bonitate, de dicta-
mine & impulſu Spiritus. de fine bono,
in qvo regnat gloria Dei, atque incitetur
à Deo ad illud extremum afflictæ juſti-
tiæ remedium, poterit ſequi illum, qui
hæc imperat, ad hæc movet & incitat,
atque huc referimus illa exempla, qvæ è
ſacris ſunt producta, de illis autem, qvæ
alias occurrunt, & à nobis commemora-
ta, judicium potius ſuſpendendum,
quam præcipitandum: potuerunt qvæ-
dam citationes proficiſci ex carne, qvæ-
dam ex Spiritu, neqve ſi eventus reſpon-
det voto, ex illo ſinceritas mentis col-
ligi poteſt, probabilius cauſæ bonitas.
Nam poteſt etiam affectu carnali ali-
quis nimium propendere in cauſæ ſuæ
bonitatem, poteſt deſiderare manife-
ſtationem medio illicito, qvalis eſt
provocatio illa, poteſt votis ſollicitare
Deum, qvæ excedunt, imo ipſe Deus
ſolet qvandoque eventum attemperare
voto, non quod deſiderium fuerit pi-
um, ſed quod cauſæ veritas impulerit
ipſum ad manifeſtationem illius, quod
occultum; imo poteſt Sathan ſe hic im-
miſcere, & permittente Deo, injuſto vo-
to eventum jungere, qui illi non debe-
tur. *Tertio* ſi judex in conſcientia ſua
non eſt certus de ſententia, quam tulit,

juſtane fuerit an non, perſonæ citantis qualitas ipſi dubium moveat, & indicia aliqva ſive veſtigia appareant, ex qvibus conjici poſſit, juſte forſan provocare ad aliud tribunal, qui in qvodam fuit condemnarus, non contemnere debet judex iſtius modi citationem, ſed potius examinare conſcientiam, num non aliqua paſſio ipſum invaſerit, aliqvis ſequior affectus ad condemnationem ipſum impulerit, denuo ad examen revocare cauſam & accuratius examinare, & ſi deprehenderit ſententiam injuſtam, candide retractare, ſi dubium maneat, ſuſpendere, ne innocentem ſanguinem fundat, atque judicium Divinum in ſe & caput ſuum accerſat. Immotum enim eſt illud: *Nihil dubitante conſcientia faciendum Rom.* 4.*v.*21. qvanto minus in tam gravi cauſa. *Secundo* exempla ſunt in promptu eorum, qui poſt aliquod tempus deprehenſi fuerunt innocentes, vel denuo inſtituto examine cauſam ſuam probarunt Judici. *Tertio* Judex tenetur ad juſtum judicium per conſcientiam, cum ſit loco Dei, quapropter ſi incidat dubium, omnia fatigare debet media, nullum laborem defugere, omnes prudentiæ radios vibrare, ut eliquetur conditio facti, exſplendeſcat
vel

vel tandem nobile verum (*in quibus quodammodo laudem meretur Pilatus, ſi po-ſtea non degeneraſſet in injuſtum judicem.*) Male autem quidam ex Pontificiis hic laxant fibulam, & ne infamia gravetur familia, aut ut liberetur mundus tyranno, aut ut reſipiſcat, & terrore perculſus pœniteat; deſinatque ab oppreſſione & concuſſione miſerorum, opinantur, licitam eſſe talem citationem. Hi qvippe fines non ſufficiunt, *neq; facienda ſunt mala, ut eveniant bona, Rom. c. 3.* Male qui ejusmodi provocationis actum meritorium eſſe pronuntiant; cum nihil ſit meritorium, quod homo peccator agit *Luc. c. 17. v. 10.* Huc usque *Oſiander*, cui in omnibus ſubſcribimus. Hic ſermo, quem huc usq; in medium protulimus, quemadmodum innititur S. Scripturæ & Verbi Divini autoritate & ſegete exemplorum, ita etiam ſatis ſufficiens æſtimabitur, qvi poſſit iſtam citationem diſſvadere, & ab ejusmodi molimine injuſto iniquoque pleniſſime dehortari, ne temere ad Dei vivi tribunal appellationem deferamus, hocque pacto Deum tentemus. Sed potius devote rogabimus; qvemadmodum Chriſtus docuit: Et ne nos ducas in tentationem; vel Deum tentemus, vel etiam à Diabolo tentemur, utrumque

 in

in iſta citatione contingere poteſt.

Argumenta Cornelii à Lapide & Drexelii pro citatione illa examinantur

§. 26. Argumenta, quibus ad aſſerendam citationem ad vallem Joſaphat uſi ſunt *Cornelius à Lapide* & *Hieronymus Drexelius* Jeſuitæ, paucis examinaturi ſumus. *Primo* occurrit David contra Saulem Deum judicem implorans 1.*Reg.* *c.*23. verba ſic habent: Judicet Dominus inter me & te, & ulciſcatur me Dominus ex te &c. Ad qvem locum *Lucas Oſiander* ſcribit: Et ſi enim ex carnali affectu, non licet mala imprecari hoſtibus, ſed Deo potius committenda eſt vindicta: tamen pio animo licet hoſti pœnas divinitus infligendas denunciare ſi forte admonitus reſipiſcat. Neque eo animo rancore pleno David hoc protulit, quo ad vallem Joſaphat citationem ſuam inſtituunt illi irreconciliabiles homines; Neque & David indixit diem, quo deberet ſe ſiſtere coram Dei tribunali, ut faciunt ad vallem Joſaphat provocantes, qvi & diem præfiniunt, imo & Deo præſcribunt judicandi tempus, ſubinde merentur reprehenſionem. David indefinite tam ratione temporis, quando judicium adminiſtrandum; & ratione modi, quo judicandus ſit à Deo, Sauli judicium denuntiat. Præterea Saul erat perſona

omni-

omnino ab ipſa Dei majeſtate reprobata, prorſusque incorrigibilis, & innocentem Davidem ex mero odio & invidia, & flagranti vindictæ cupiditate perſequebantur, & duntaxat non palam, verum ubiq; ipſi inſidias ſtruens; ipſi Sauli nota erat innocentia Davidis, nihilominus non deſinebat eum perſequi. Cum ergo David videret non amplius ipſi ſupereſſe refugium, vel aſylum, ad qvod confugeret, & ubinam Saulis inſultu & inſidiis tutus eſſet; Sicuti hoc ipſum *David c. 27* fatetur, dicens: Et ait David in corde ſuo, aliquando incidam una die in manus Saul, nonne melius eſt, ut fugiam. Præterea Saul erat Rex, ſic nullum humanum auxilium contra tam potentem Monarcham ipſi ſuppetebat, hac neceſſitate compulſus Dei auxilium imploravit, ut hoc dicto Saulem potius à perſecutione abſtinere, admonere & terrere voluit, ut ſic forſan exinde anſam (audita hac comminatione) reſipiſcendi caperet. Davidi ergo non fuit animus imprecandi Sauli malum pœnæ à Deo infligendæ, ſed potius ea comminatione convertere voluit. Et ſic David longe diverſam mentem habuit, quod patet in hiſtoria Simei, cujus hiſtoriæ ſupra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

mentionem fecimus, quam ut illi hic affingunt Jeſuitæ,& quotquot eandem tibiam inflant, iſtudq; dictum in perverſum ſenſum trahunt; quod factitant hujus temerariæ citationis Patroni. *Secundo* eſt *Zacharias filius Jojada*, qui eſt, quem Chriſtus (teſte Oſiandro) *Matth.* 23. affirmat, interemptum inter altare & templum. Hiſtoria ſic legitur 2. *Paralip.* c. 24. v. 23. *Qui cum moreretur*, *ait*, *videat Dominus & requirat.* Hoc argumentum diluit *Joh. Adamus Oſiander a. l.* *Lucas Oſiander* ſcribit ad h. l. Deus videt hanc injuſtam cædem, & ſummam veſtram impietatem & ingratitudinem: atque in eam certiſſime animadvertet. Hæc fuit concio pœnitentiæ, non vindictæ cupiditas. Deus autem vindicat cædes ſervorum ſuorum, & ingratitudinem ulciſcitur. Sic & exinde provocatores nullum ſui moliminis improbi fundamentum depromere poſſunt. *Tertio* ſeptem fratres Macchabæorum, 2. *Maccab. c.* 7. verum & hinc ſtramineum nectunt argumentum Pontificii. *Quarto* adducitur *Paulus*, 2. *Timoth. c.* 4. v. 14. *Alexander Ærarius* multa mala mihi oſtendit, reddat illi Dominus, ſecundum opera ejus, *Lucas Oſiander* hunc locum optime explicat. Hæc dira Pauli

im-

imprecatio non erat carnalis vindicta, ſed zelus à Spiritu ſancto in corde Apoſtoli accenſus, adverſus hominem contumacem & incorrigibilem, qui ſinceram Evangelii doctrinam blaſphemabat, & tales imprecationes non ſunt vanæ & irritæ. Commemoranda eſt autem qvandoqve hominum malitia, non qvod traducendo ipſorum impietatem delectemur, ſed ut boni viri homines pravos cavere poſſint, & hoc eſt officium Charitatis: Alexander autem ille ærarius exemplum eſt hominum fanaticorum & apoſtatarum; qui & ſinceros Doctores & puram doctrinam cœleſtem acerbiſſime impugnare & blaſphemare ſolent. Et cum talibus non multum eſt diſceptandum; ſunt enim inſanabiles & pleraqve contra conſcientiam ſuam dicunt & faciunt. Qvomodo *Friedlibius* magni nominis Theologus hunc locum explicet, & operæ pretium eſt addimus *Tom. II. Claſſ. VII. Qv.* 31 *p.* 632. *Anſelmus*, inquit, putat verba Pauli non eſſe mala imprecantis, ſed pronunciantis. *Auguſtinus* quoqꝫ hic non imprecationem, ſed prædictionem agnoſcit. Verũ in Græco textu non legitur ἀποδώσῃ reddet, ſed ἀποδῴη reddat, qvæ vox non eſt enunciantis, ſed optantis
 ptantis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ptantis. Diſtinguendũ ergo eſt inter eos, qui veritatem ex amore hujus ſeculi negligunt, & eos, qvi ex imbecillitate relinquunt ejus defenſores, veritati nihilominus addicti, & deniq; illos, qui eandem malitioſe impugnant, illi gravem reprehenſionem merentur cum Dema, pro iſtis orandum, ne iis imputetur v.16. His ſi ſint inſanabiles etiam privati mali qvid imprecari poſſunt, 2 *Theſſ.c.3. v.2. Pſalm.58. v.11 Galat. c. v.5.12.* Suntque hæc vota nihil aliud, qvam approbatio ſententiæ Divinæ, qvæ jam ante dicta eſt ſceleratis in ſcriptura: neque refertur animus ad hominum pœnam, quaſi ea nos delectet, ſed ad punientis juſtitiam, quæ omnibus bonis placere debet. *Qvinto Apocal.c.6.v.10. Usq; quo Domine Sanctus & verus, non judicas & non vindicas ſangvinem noſtrum de his, qui habitant in terra.* Solutionem iſtius argumenti & deſumimus ex commentario *Lucæ Oſiandri* in h. l. clamare autem pro vindicta dicuntur animæ ſanctorum: non quod illi vindictæ ſint cupidi; nam pro perſecutoribus ſuis orarunt Sancti, ut *Stephanus Actor.c.7.* Sed qvod ſangvis innocens quodammodo expetat ultionem divinam ab iis, qui eum effuderunt h.e. Deus non poteſt illas ſervorum ſuorum injurias obliviſci

&

& negligere. Ideoque Dominus ad Cainum fratricidam dicit: Qvid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra *Geneſ. c. 4.* Fuere argumenta, quibus pro hac citatione pugnat *Cornelius à Lapide*, & eadem habet JeſuitaDrexelius, addidit exemplum *Jacobi contra Laban*; Sed contra hoc argumentum reſponſio peti poteſt ex iis, qvæ ex *Oſiandro* §. 26. in medium protulimus. Tantum ſufficiat contra exempla è ſcriptura adducta.

§ 27. Qvod attinet ad exemplorum farraginem, qvæ adduximus ex hiſtoricis profanis, illa omnia falſa & ficta eſſe licet non credamus; maximam tamen partem contigerunt illis ſeculis, qvæ Papales tenebræ & ſuperſtitiones obſcurarunt, & quibus multa ad ſtabilienda ſuperſtitionis dogmata fuere commenti Pontificii; Sic & non dubium eſt, in hoc puncto interdum aliquid falſi vero fuiſſe immixtum. Iſtius furfuris exemplum eſt, quod narrat *Drexelius* ex *Florimundo Remundo*, illud ſuſpectum eſſe & ſupra §. 11. innuimus. Qvædam tamen veritati inniti, certum. De iis hoc tenendum, qvod nos non obſtringant & obligent contra Chriſti præceptum ejusque praxin. Omnia quippe exempla qvæ non ſeqvuntur analogiam fi-

dei, & ſanctiſſimis Dei ſancti ſanctionibus non ſunt conformia, habent aliquid ex iniquo admixtum. Hinc & communiter dicitur, legibus, non exemplis vivendum. Qvando autem ſunt exempla legibus conformia, tunc recte ea ſequimur, ſin ſecus, non habent vim obligandi. Solum Chriſtum imitari ſtudebimus, ut qvi ſolus eſt norma & amuſſis omnium virtutum. Si qvippe exemplis ſtandum, & exempla exemplis opponi poſſunt. Unicus Chriſtus nobis hic & ubique omnium exemplorum congerie major & potior eſt; Ita tria vel qvatuor exempla de Stephano, de Chriſto, de Paulo, de Davide opponimus omnibus exemplis allatis. Neque & deſunt exempla, qvæ probant & irrito conatu has provocationes eſſe inſtitutas. Duo hujus farinæ mihi in Epiſtola narravit non infimæ notæ hujus ſeculi Polyhiſtor *Hamerich*, Rector Scholæ Rensburgenſis meritiſſimus, amicus & fautor noſter honoratiſſimus. Totum contextum iſtius Epiſtolæ die 22. Aprilis Anno 82. ad me ſcriptæ, qvousque hanc materiam tangit, hic inſeram. Circa qvæſitum de provocatione ad tribunal Chriſti ſeu vallem Joſaphat, quid ego de exemplis à Drexelio allatis ſentiam exponere me jubet T.

Ex-

Excell. Faciam id pro ingenii modulo, ſalvo tamen aliorum judicio, igitur ut omnia improbare non poſſum, ita nec omnia probo: Sunt in iis nonnulla, qvæ papales inter paleas referri mererentur. Pro genuinis agnoſci forſitan ea poſſent, quæ complurium Scriptorum judicio reperio comprobata, ut de *Ferdinando IV.* Hiſpan. R. de *Joh. Turſone* de Equite Neapolitano, de Geminenſi Novarcho, de Britanniæ Duce *Franciſco* & Ducæ Auriaco. Hæc enim totidem verbis recitant Lipſius in monitis Politicis *Salmuth*: in not: ad Pancir. Tit. 2. *Daniel Schneider* in opere ſuo hiſtorico ſeu Titio continuato p. 1591. *Ditericus* in comm. in lib. ſap. p. I. con. 2. *Meigerus* in Nucleo hiſtor. l. 1. c. 7 qvamvis hic, quam facilis ſit hallucinatio ſcripta aliorum compilantium, eo ipſo teſtatum fuerit, qvod ex una Ferdinandi hiſtoria duas fecerit. Qui quidvis è qvovis in quidvis compingunt, ne illi impingant, ait *Alſtedius in præfat. ſyſtemat. Mnemonici.* Ad ipſam rem quod attinet, non eum fuiſſe ſanctorum Martyrum morem invenio, ut licet extrema quæqve paterenrur, exquiſitiſſimis tormentis cruciarentur, idque citra omnem noxam, meditati fuerint vindictam, ſed Chriſti eos exemplum ſecutos, pro adver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

verſariis deprecatos potius, quam iiſdem imprecatos fuiſſe. Tantum abeſt, ut leve aliqvod famæ ac honoris diſpendium ita ad animum vocarint, ut ſolemni iſta provocatione vindicandum in morte Deo commendarint, quod feciſſe *Pictavienſem* iſtum Epiſcopum *Drexelius* memorat, qvem ſecundo loco ponit. Examinentur ejus verba: qvamdiu, inquit, vixit, injuriam patienter tulit, moriens autem tumulo inſcribi juſſit: *Ad juſtum Dei judicium appello*: Faciamus jam, ita rem geſtam, ut à *Volaterrano* refertur, ad mortem ſe præparare deceat. Neq; enim in morte amplius locum habet, qvod vulgo objici ſolet, *famam & vitam pari paſſu ambulare*: quid namque famæ per injuriam remotionis læſæ anxius ſit, qui vitæ nec ad momentum ſecurus eſt, niſi forte totius Reipublicæ aut integræ familiæ interſit, publicum de enormiter, ſed innocenter, læſo extare teſtimonium? Audiatur ipſe *Drexelius*, qui in *Phaëtonte ſuo* c.10 hæc verba habet: *S. Ephrem* inquit, *teſtamentum conſcripſit, in quo gratias agit Deo, quod nunquam litigarit cum ullo homine.* Qvi tale nequit teſtamentum componere, hoc ſaltem conetur teſtari poſſe, *ſe nunquam lite ac*

diſcordia durante, nunqvam ira aut ſimultate perſeverante cubitum iviſſe. Si hic præcipitur, ut nemo cum rancore cubitum eat, qui poterit excuſari factum hominis eundem tumulo ſecum inferentis? enim vero quoties ego hominem ad Dei judicium provocare, & ipſius vindicem dextram temerario auſu implorare audio, idqve leviſſima interdum de cauſa, ſtupeſco totus, nec ſatis humani ingenii ſtupiditatem demirari poſſum, quod ſuæ cum Deo reconciliationis adhuc incertus, ſuæque fragilitatis immemor homuncio, divinam vindictam adverſus alterum, ſe interdum multo juſtiorem, armare audeat. Qvid enim fieret, ſi quem in iſtiusmodi obteſtationibus expirantem videre contingeret. Teſtem utique Deum invocare licet, ubi & quando opus, ſi aliter res tranſigi non poteſt, non vero protinus expoſcere vindicem. Et ſi vel maxime ab uno vel altero extra ordinem id tantum fieri potuiſſe, imo debuiſſe concedatur, temeritatis tamen maxime videtur eſſe certum tempus præfinire; non ſecus, ac ſi vel judicium vel citandi libertas in noſtra eſſet poteſtate. Quid hoc eſt, niſi Deum tentare, quod tamen *Achab*, licet impie

hic

hic religioſus, ad Dei mandatum facere noluit? Deinde quod appellatione mortui expaviſſe Clementem dicit, bene ſe habet: ſed hoc non eſt in qvæſtione. Qvorſum enim exempla hæc citantur, niſi ad probandum, quod ita provocati provocatores ſuos ſtato tempore fuerint ſecuti? hic autem nulla iſtius modi fit appellatio, ſed Clementis exemplum quinto loco recurrit, ubi mortis cauſa alii provocationi tribuitur. Qvid? quod χθεὶ ἢ ὠρώχθει facta vix ullibi proſtent exempla, ſed ex antiquitate ſuperſtitionum nebulis merſa, maximam partem deſumta, irritæ vero vadationis ſatis multa paſſim ſint obvia, quorum duo, ut mihi cognita, hic recenſere lubet. Accidit hic ante 16. annos, cum ad oppidum noſtrum novis operibus muniendum milites è Dania miſſi adventaſſent, ut paucis poſt diebus unus è gregariis, ciendæ in itinere ſeditionis convictus, capitis damnaretur. Cumque ſpectando ſupplicii generi, quale nondum hacteuus viderem, propius adſtarem (globo enim configendus erat) audivi magno clamore Centurionem ab homine moribundo citari ad tribunal Chriſti, eumque ad certum (ſi recte memini) diem

Exemplum irritæ provocationis.

ſiſtens

ſiſtendum. Regreſſus à loco ſupplicii, in præpoſitum noſtrum, nunc μακαρί-την incidi, qvi hac morientis ad judicem ſupremum provocatione, ſœpius hoc factitatum ſe ajebat ſcire, idqve irrito conatu. Neque eventus aliud docuit; multis etenim annis ſupervixit iſte Centurio, mihi ob commiſſam filiorum curam perquam familiaris, licet jam ante neſcio quot annos in vivis eſſe deſierit. Sed en adhuc aliud exemplum! Qvatuor abhinc annis miles quidam, ob commiſſum in ſuburbio homicidium, in cuſtodiam datus, ſex circiter menſes ſede ob moram protracti judicii factus ſecurior vitæ. Qvippe & occiſum ſponte in mucronem ſuum irruiſſe, non ſe eundem ipſi impegiſſe cauſabatur, nec ſine teſtibus. Demum damnatus capitis, pridie ejus diei, quo ad ſupplicium ducendus eſſet, coram Parocho officii cauſa præſente, multa de ſua innocentia locutus, poſt alia ſubjecit, ſiquidem omnino moriendum ſibi foret, in ipſo mortis articulo ſe præfectum Præſidii juxta cum Dicographo, ad tribunal ſupremi judicis citaturum. Parochus hominis obſtinatione impulſus, è veſtigio præfectum adiit, ut rem omnem exponeret, & quid ſibi faciendum

Aliud ejusdem exemplum.

dum

dum ediſceret: Cui ille intrepido animo præſente & conſentiente Dicographo, reſpondit, certum ſibi maxime eſſe, quod comparendum aliquando ſit coram hoc Judice, ſed hac in cauſa nihil quod metuat ſe habere. Proinde ſi ab hujusmodi cogitationibus avelli homo non poſſet, per ſe licere omnia, quæ vellet loqui, cavendum ſaltem, ne in iſto proteſtationis factæ puncto, adeoqve in ipſo rancore prius vita privaretur, quam ad mortem ſe rite præparaſſet. Poſtridie igitur, cum horam mortis inſtare videret, in corona militum, poſt atrocia convicia, pluribus ſi non omnibus audita, conceptis verbis provocationem ſuam ad judicium divinum, de qva pridie dixerat, publice repetiit miſer, & ut in tertium diem ſe ſiſteret Præfectus, præcepit. Monitus à Parocho, ut omnem ex animo iram & odium adverſus quemcunque exterminaret, & unice ad miſericordiæ aram converſus, Divinæ Clementiæ animam ſuam piis ac devotis ſuſpiriis commendaret, vix exorari potuit, ut ſe ad mortem componeret, interim præfecto nihil accidit mali, nec Dicographo, vivunt ambo, quantum ego

ſcio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

ſcio & valent optime. His ita prælibatis dubium circa Exempla à Drexelio recenſita, moveri poſſet, fidemne mereantur in omnibus, idque ex hoc fundamento, quia 1. remotioribus ſeculis facta memorantur, non quidem purioribus, qualia fuerunt ea, qvæ ævo Apoſtolorum & Sanctorum Martyrum fuêre proxima, ſed corruptioribus, cum ſuperſtitionibus Papalibus totus ferme orbis ſcateret, & quidlibet fingendi in terrorem credulæ plebis, poteſtatem ſibi feciſſent monachi. Ideoq; 2. non à Martyrium paſſis, ſed capitali crimine accuſatis ejusmodi provocatio fuerit obſervata: 3. non ſit conformis regulæ Servatoris de condonandis offenſis fratrum, & Apoſtolorum præcepto de relinquendo Domino vindicta; 4. & deniqve, quod heroico Spiritui proprium ſit, de futuris recte ominari, nec citra divinam revelationem, qvid poſt unum atq; alterum diem aut annum eventurum ſit, ſciri queat. Hæc breviter jam ad quæſitum reſpondere volui. Plura forſan, irritas factas eſſe ſimiles provocationes, eſſent exempla, ſi ubiqve locorum exquireremus. Interim de exemplis à Celeberr. Viro allatis hoc venit in conſiderationem, qvod

Qvid de Drexelii exemplis ſtatuendum.

nocentes fuerint & facinoris convicti. Mihi tamen interim hoc perſvaſiſſimum videtur, ab innocentibus nunquam irrito ſucceſſu hanc provocationem fuiſſe factam. Deus quippe Omniſcius non æqvaliter nocentium & innocentium exaudit preces, vel iſtiusmodi provocationes. In iſto præſidii Præfecto duo occurrunt, qvæ merentur laudem. Primo qvod intrepido animo minas militis audiverit, & ſibi aliquando coram Judice comparendum eſſe confeſſus ſit. Exinde concludo, quod qualitatem facinoris æqua lance expenderit, ita ut ipſi liquido conſtiterit, recte judicatum eſſe, & juſte capitis damnatum. Et quod propter hanc condemnationem nihil ipſi eſſet metuendum. O utinam omnes Judices æque certi eſſent ſuæ latæ ſententiæ veritatis, ne illam ſœpius decernerent cum formidine oppoſiti. Secundo, quod ſententiæ executionem differre juſſit, donec exuto ipſo animi rancore rite ad mortem ſeſe præparaſſet. Quo mandato militis ſaluti conſulere voluit æternæ, ne iſto rancore animi æſtuans in æternitatem abreptus utriusque vitæ terreſtris & cœleſtis jacturam faceret; Erat quippe hæc militis

Innocentium provocatio non eſt irrita.

pro-

rovocatio temeraria & injuſtitia plena,
uapropter & Deus illam non exaudi-
it. Si vero fuiſſet innocens, & inde-
nite ad tribunal Chriſti appellaſſet,
on irritam expertus fuiſſet hanc pro-
ocationem Præfectus Præſidii. Inno-
entium preces, lachrymæ, & provo-
ationes, nunqvam fallunt, ſi indefi-
ite proferantur, & ſæpius qvoq; ſucce-
unt, ſi definite fuerint prolatæ. Provo-
o ad exempla.

Provocatio illa extremi judicii futuri indicium eſt.

§. 28. Ex hac citatione ad tribu-
al Chriſti nectit Eraſmus Franciſci
gumentum ad probandum extre-
um judicium, & hunc in modum
ribit pag. 130, cap. V.I. Von letzten Re-
enſchafft. Man hat auch unlaug-
hre Gewißheit / daß manche Perſo-
n / von unſchuldig ſterbenden auff
wiſſe Zeit / und nach erſcheinung ſol-
es angeſetzten Tages / hernach gleich
ſtorben. Daraus entſtehet eben wol
n richtiger Schluß / das nach dieſem
ben / dem Menſchen ein Gerichts-
ſtand bevorſtehe. Neque eſt inanis
ncluſio, ſed firmiſſimum præbet te-
monium, tandem aliquando extre-
um judicium futurum. Qvod
ſervetur contra Atheos & Epicu-
os,

Adhortatio ad judices.

§. 29. Supereſt antequam ultimam manum huic materiæ addamus: Qvandam hortationem faciamus ad judices. Hi ſemper memores erunt iſtius præcepti, qvod olim Joſaphat Rex in Iſrael judicibus dedit 2. Chronic XIX. v. 17. Et præcipiens judicibus, videte, ait, quid faciatis; Non enim hominis exerceris judicium, ſed Domini. Et quodcunque judicaveritis in vos redundabit: ſit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim eſt apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio nec cupido. Hoc præceptum ſi judex obſervet, implet menſuram boni Judicis, illique competit definitio Judicis. Qvemadmodum *Wi-ſenbach diſp LII.*1.c.§.20.*p.*575. definit judicem. Judex eſt Vir bonus Juris dicendi peritus, ad id muneris publici autoritate vocatus l. 137. §. 2. D. de V. G. 17 §. 5. D. de injur. pr. inſtit. de off. Judi *Cantiuncul.* l. 1. de off. Judic. c. 1. *Menoc* Proœm. arbitr. Judic. qvæſt. N. 6. & ſe Sic non habet qvod metuat, ſi forſ contingat, aliquem à ſua ſententia l ta ad Dei vivi tribunal appellare. S cum ſupra laudato Præfecto reſpond re poteſt: certum ſibi maxime eſſe, qv comparendum aliqvando ſit cora

hh

hoc Judice, ſed hac in cauſa nihil quod metuat, ſe habere. Si autem forſan ſententiam tulerit non ſatis de facto informatus, l. fraude Advocatorum ſeductus, ſeqvatur regulam, quam in tali caſu dedit *Johannes Adam: Oſiander* vide §. XXVI. Et diu ante *Oſiandrum* hoc ſalutare monitũ dedit præter alios *Harsdorffer* a.l.p. 254. ipſum contextum ex all. Autore hic ſuis verbis conceptũ aſſcribemꝰ.

§. 10. Die Obrigkeit iſt Gottes Dienerin / welche ſo wol / als der Allmächtige alles weiß / eine Sache gründlich erforſchen ſoll: Wann nun ſolches geſchehen / und der Richter verſichert / daß er nach Geſetzen und Recht geſprochen / hat er ſich nicht irren zu laſſen / was der Ubelthäter ſein Leben zu retten ſage: Jedoch ſoll ihm dergleichen Ladung für das höchſte Gericht Urſach ſeyn / daß er

noch fernere Kundſchafft ein-
ziehe / und nicht unſchuldig
Blut vergieſſe. §. 11. Iſt aber
der Richter zweiffelhafftig/
und hat ſich übereilet / ſo ſoll
er nach dergleichen Worten
nicht verfahren / und etwan
ſeinen Neid oder andern Urſa-
chen mehr nachhangen / als
die Gerechtigkeit erfordert.
Ja er iſt beſſer geſichert / bey
eingewendeter Gnade / welche
uns Ubelthäter auch GOtt
reichlich erzeiget / als bey zu
ſtrenger Beſtraffung. §. 12.
Schließlich iſt aus den Um-
ſtänden / wann nemlich Tag
und Stund benennet wird /
wann der arme Sünder An-
zeichen wahrer Buße ſpüren
läſſet / daß nicht vermuthlich /
er

er wolle ſeine Seele in anna-
henden Todesnöthen ferners
betrüben / leichtlich zu ſpů-
ren / ob eine ſolche Ladung
aus einem falſchen oder guten
Gewiſſen herkomme. Wer
zweiffelt / ob er eine Sünde
begehe / der unterlåſſet ſolches
thun ſicherer / als daß er ver-
fåhret. Ja ein Chriſt ſoll die
gantze Welt / mit aller ihrer
Ehre und Reichthum nicht
nehmen / und in einige Sünde
wieder ſein Gewiſſen willigen.
Hæc Harsdorffer. Peccator etiam ex hoc
noſtro diſcurſu diſcet, ne temere ad
Dei tribunal appellet, eſt etenim Dei
tentatio, qvam non impune feret; &
præſertim ſi diem præfiniet, qvo pro-
vocatus coram judicio comparebit. In-
terim, ſi prorſus innocens ſit, neque ul-
la ſuppetat copia hanc ſuam declaran-
di innocentiam, recte Deum ſuæ inno-
centiæ teſtem, ſi modo animo modeſto
 omni-

omniqve rancore vacuo fiat, invocare poteſt! *Beza* Theologus apud reformatos Magni nominis ex Actor. c. 23. notat, Chriſtianis licere de injuriis qveri, & impios ad Dei tribunal citare; modo id ſine odio & ſedato animo fiat. Adde & indefinite; præſtat tamen Exemplum Chriſti, Apoſtolorum & Martyrum ſequi, in qua ſententia acqvieſcimus, & hic pedem figimus.

S. D. G.

F I N I S.

POSTLOQVIUM.

Appuli & hic, Deo auxiliante, portum in hac Expeditione; qvæ qvamvis brevis (conſtat enim hic liber paucis plagulis) tamen ob materiæ dignitatem difficilis eſt; & multo prolixior potuiſſet fieri, ſi omnia adſcribere voluiſſem, quæ Authores commemorant; verum velum ma-

malui contrahere, qvam in hoc negotio rates meas alto committere. De hac materia non adeo multi ſcripſerunt. Niſi quod duo Magni Noſtræ Eccleſiæ Theologi, ut puta *D.D. Qvenſtedt* An. 69. Wittebergæ de hoc qvæſito diſputationem aliqvam conſcripſerit, qvæ Ao. 79. eodem loco recuſa eſt. Et *Johannes Erneſtus Gerhardus* Ao. 60. de eodem argumento diſcurſum publicaverit, qvi & Jenæ Ao. 71. tertia vice editus, nec non *Adamus Cortrejus* circa idem verſatus in Diſputatione quadam peculiari Jenæ 1665. edita. Occurritt qvoqve hæc qvæſtio definita in Celeberrimi *D.D. Johannis Adami Oſiandri Theologia Caſuali,& apud D. Reuſnerum L. II. deciſ.* 23. Jam noviſſime hoc problema tractavit celeberr. *D.D. Johannes Chriſtophorus Becmannus* in ſuo tractatu erudititiſſimo de Dei judicio cap. VIII. p. 107. usque ad p. 152. incluſive, nonnulla qvoqve hac de re immiſcuit Qvæſtionibus ſuis

 curio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

curioſis Germanicis dictis Zeit kürtzende erbauliche Luſt/Collega & Amicus meus Honoratiſſimus Clariſſ: *D. D. Chriſt. Francus Paullini*, & quidem peculiari capite CLIX. Part. II. p. 908. ubi negativam ſententiam amplecti videtur, cum tamen antea ſe affirmativam defendiſſe cum Reusnero & Cortrejo ibidem ſcribat. Methodo ab Excellentiſſimorum Virorum diverſa ego meletema meum inſtitui, neque etiam horum auxilio uti placuit, ne illis aliquid deberem, hocque nomine plagiarius audirem. Qvæſtio talis eſt, cujus definitio non niſi ex verbi Dei Pandectis petenda, & hæ mihi æque ac aliis loquuntur ac ſcriptæ ſunt, qvasque diurna nocturnaque manu, qvod præfiſcini dixerim, volvo & revolvo. Argumenta, quibus negavi hanc appellationem eſſe licitam, quoque alia ſunt, quam ut illi adhibent; Dicet forſan non nemo, quod nimis coacte afferantur, verum reſpondeo

deo negando, oratio enim Dominica mihi in hoc caſu eſt pharetra, ejusmodi telis abundanter inſtructa, quibus hæc opinio deſtrui poteſt. Sique ſenſum genuinum iſtius orationis expendimus, nulla dicta Scripturæ ſacræ (*ſi excipiam Chriſti interceſſionem pro ſuis crucifigentibus, & Stephani veniæ implorationem pro ſuis lapidatoribus*) æque valide hoc idolum deſtruunt. Non autem abſolute rejecimus vel improbavimus, uti claret ex contextu libri & præfamine libro præmiſſo; ſic & loquitur, (ut hoc hic addamus loco appendicis) *Martin: Rumelin: Part. II. diſſ. ad auream bullam Caroli IV. Imperat. Diſſ. 2. Coroll. 2.* Qvod tamen non ita accipi velim, quaſi nullo omnino caſu talis ad Tribunal Dei appellatio licita eſſet. Qvid enim in cauſis criminalibus? quid inqvam, ſi judex vel ex errore aut falſo teſtimonio perſuaſus ad ultimum ſupplicium condemnet etiam innocentiſſimum? Qvem alium

alium hic miſer innocentiæ teſtem, præterquam juſtisſimum & omnium rerum gnarum Judicem Deum appellaret! interim regulas obſervet Judex in tali caſu, quas dat in ſuo diſcurſu *Gerhardus p.42.43.44.45.46.47.* Qvæſtiones ſuperſunt de pœna illorum divina, qvi temere provocarunt, & quamnam pœnam ſubeant iſti injuſti Judices, qui ita citati ad Dei tribunal compareant? Reſp. de occultis non judicat eccleſia, Dei eſt damnare & beare, non hominis, cavendum ergo, ne temere judicemus. Sicque hic tractatus decimus ſextus, quem cum Erudito Orbe communicavi quorumque ſyllabus hic eſt: I. Ars nova Clyſmatica enervata. II. Spiritus univerſalis Mundo reſtitutus. III. Prodromus Lexici. IV. Ovum Harvæanum. V. Faſciculus Miſcellanearum Qvæſtionum. VI. De Sangvificandi organo. VII. Methodus cognoſcendi Simplicia Vegetabilia. VIII. Scrutinum nigredinis poſtero-

rum

rum Cham. IX. Æthiologia facultatis purgatricis X. Phœnix Botanicus. XI. De uſu & abuſu Inebriaminum. XII. Idea diſpenſatorii. XIII. Oculus Tauri. XIV. Commentarius de Auro. XV. Faſciculus quatuor Epiſtolarum, hicque Zacharias Pontifex eſt decimus ſextus. Si Deus ulterius largiatur vires, dabo operam, reliqua promiſſa opera lucem etiam videant, & non niſi bene matura. Atque hæc ſunt, quæ de hoc argumento in medium adferre placuit. Arbitror, me nihil dixiſſe vel ſcripſiſſe, quod vel contra analogiam fidei, ſanæ rationis dictamen, vel pietatis ſtudium ſit. Deus qui omnium Judex futurus eſt, innocentes juvet & protegat contra juſtitiam invertentes Tyrannos, hosqve convertat, & ut reſipiſcant faxit!

Scripſi Kiliæ
A. 1694.

S. D. G.

Appen-

APPENDIX AD POSTLOQVIUM.

OPuſculo hoc jam abſoluto, & poſtloqvio obſignato, in mentem mihi revocabam; qvæ leguntur *Actor*. c. X. v. 34. 35. aperiens autem Petrus os, dixit: Re ipſa comperio, quod non ſit perſonarum reſpectus apud Deum: ſed in qvavis gente, qui timet ipſum, & operatur juſtitiam, is acceptus eſt illi. Qvod dictum Petri, cujus prolixum aliquod Exegema conſcribere nec nunc lubet, nec vacat, omnibus iis maximum affert ſolamen, qui in hoc mundo Typho favoris malorum mundi magnatum expoſiti ſunt, quique pauperes & egenes; ut ut pii ſint, probeque vivant, præ ſe contemnunt, pectura que ſuorum pulvere vix dignos, ut eum lingant, æſtimant. Ferit itaque hæc aurem Petri ſententia iſtos judices, qui ſic judicant, judicati iniquitate judicii gravati ad Deum cre-

bro

pro ſuos fundant ſuſpiritus; & ad Chriſti tribunal anxiè & ſollicite anhelant. Qvare autem potisſimum hoc opuſculum ex orationis Dominicæ contextu conſcripſerim: cumprimis movit me, quod *Matth.* c. VI. v. 14. hæc legantur verba: proinde ſi remiſeritis hominibus errata ſua, remittet & vobis Pater veſter cæleſtis: & v. 15. Qvod ſi non remiſeritis hominibus errata ſua, nec Pater veſter remittet errata veſtra. Chriſtus jam antea in contextu orationis Dominicæ ſuos docuerat diſcipulos, debita debitoribus remitterent, quoniam autem hoc hic repetit, claret, multum facere ad verum Chriſtianismum, hoc Chriſti monitum ſequamur, iſtiqve conformem vitam inſtituamus. Et ne, ſi judices nobis injuriam faciant, propterea ſtatim vindictæ cupiditate flagremus, ipſos ad tribunal Chriſti citando, ſed potius pro iis orandum; Deus convertat, & faxit, reſipiſcant. Dabunt

bunt itaque operam judices juſtitiæ. Qvid autem requiratur ad id, aliquis juſtus ſit, paucis incluſit verbis *Palingenius in ſuæ Virgine reditæ vitæ p. 138.*

Si juſtus vult eſſe aliqvis, non utile qværat!

Qvibus, & nunc meum obſigno opuſculum!

Soli Deo Gloria.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-151 8° 2316